que ſuſpicionem movebant pro periculoſis habens: adeo ut ex utriſque magis irritaretur, & exacerbatus metuerit nè quid revera gravius contra ſe conflatum eſſet, quam ut illo tempore de eo ſatis cavere poſſet. Quo factum eſt ut eam rem aperte non excuſſerit, ſed homines miſerit ad obſervandos eos quos ſuſpectos habebat: atque adeo in omnes ſuſpicione & odio laborabat, ratuſque tutius eſſe ut multos ſuſpicaretur, etiam de innocentium fide magnopere dubitabat. In ſumma, nullus modus erat: quo quiſque magis eum frequentabat, eo magis timebatur, tanquam qui lædere magis poſſet; qui vero ad eum non itabunt, eos plerumque vel tantum nominaſſe ſat erat, ſtatimque ad ſui ſecuritatem facere credebatur ut interficerentur. Ad extremum eò verſi ſunt aulici, quoniam certa ſpe ſalutis carerent, ut alii in alios inveherentur, dum pro ſe quiſque cogitat, ſi alterum accuſare anticipet, ſe poſſe eſſe ſalvum. Deinde, ubi quis alterum oppreſſerat, inviſus erat, adeoque merito ob ea ulciſcendus videbatur, quibus alios læſerat, ſolummodo quod eos anteverteret. Quin hac ratione ſeſe nonnunquam de privatis inimicitiis vindicabant: & ipſi viciſſim deprehenſi ſimiliter pœnas dabant, & occaſione tanquam machina & decipula in adverſarios utebantur, ac deinde eodem, quem aliis obtenderant, laqueo capiebantur. Nam regem mox pœnitebat, quoniam quos necaſſet convicti non eſſent: quodque pejus erat, non utebatur ea pœnitentia ad talia deinceps cavenda, ſed ad eos ſimiliter puniendos, qui alios accuſaſſent.

Turbis mirum in modum agitatur regia.

3. Hujuſmodi quidem turbis agitabatur aula. Quinetiam multis amicorum denunciavit, non fore deinceps cur ad ſe officii cauſa ventitarent, aut in regiam intrarent: idque edicti eò fecit, quod propter eorum reverentiam minus peccare licenter audebat. Nam & tunc expulit *aula* Andromachum & Gemellum, qui erant de ejus veteribus amicis, & multum ejus domui, tum curandis regiis negotiis, tum legationibus & conſiliis, profuerant, ejuſque filios docuerant,* & ſane primum tenuerant apud eum auctoritatis locum: & alterum quidem, quod Demetrius ejus filius Alexandrum frequentaret; Gemellum vero, quod illum noſceret animo eſſe in Alexandrum benevolo. nam & ei puero adhuc in ludo literario adfuerat, & Romæ commoranti comes adhæſerat. Cæterum & hos expulit, porroque graviori pœna libenter affeciſſet: ſed ne licenter graſſari videretur in viros tantæ dignitatis, ſatis habuit honore eos & poteſtate ſibimet peccanti obſtandi privare.

Andromachus & Gemellus regia pulſi.

Malorum auctor Antipater.

4. Horum autem omnium cauſa erat Antipater, qui, poſtquam inſanam patris licentiam animadverterat, cum jam diu ei à conſiliis fuiſſet, vehementer eum urgebat, eoque facilius quæ vellet perficere putabat, ſi omnes qui ſibi reſiſtere poſſent è medio tollerentur. Tunc igitur ejectis Andromacho & Gemello, ut re-

ῥηθέντα χαλεπῶς, τὰ δ' εἰς ὑποψίαν οὐκ ἀκινδύνως ἐλαβόν· ὥστε καὶ μᾶλλον ἐξ ἀμφοτέρων ἠρεθίζετο, καὶ πικρὸς ὢν ἐδεδοίκει [a] μηκέτι ταῖς ἀληθείαις συνεχόμενος ἐπ' αὐτὸν ἰσχυρότερον, ἢ φυλάξασθαι τοὺς ἐλέγχους ⟨καιρόν⟩. [b] ἔνθεν δὴ οὐκ φανερῶς τιμωρίαν ἐποιεῖτο, καθαιρῶν δὲ τῶν ὑποπτευομένων διέπεμψεν· ὑποψία τε καὶ μίσος τοῖς ἅπασι λῶν, καὶ τιμωρίαν ἐπ' ἀσφαλείᾳ λαμβάνων πολλῷ, [c] καὶ κατὰ τῶν οὐκ ἀξίων αὐτῇ χρώμενος διετέλει. πέρας τε οὐδὲν λῶν, ἀλλὰ μένειν οἱ νομιζόμενοι μᾶλλον, ὡς ἂν καὶ μᾶλλον ἰσχύοντες, ἐδόκουν αὐτῷ φοβεροί· τοῖς δ' οἷς οὐκ ἦν σωπᾶσθαι πλείω ὀνομάσαι μόνον ἐδόκει, καὶ μέγας εὐθὺς ἀσφαλείας ἐδόκουν ἀπολύμενοι. τέλος τε ἦν περὶ αὐτὸν, οὐ τῷ μηδὲν ἔχειν βέβαιον εἰς ἐλπίδα σωτηρίας, ἐπ' ἀλλήλους ἐτράπησαν, [d] νομίζοντες μὲν εἰ φθάσας ἕτερος ἕτερον ἐβάλοι, τοῦτ' αὐτῷ τοῖς σωτηρίαν φέρειν. ὀπίφρονοι δ' εἴ ποτε τύχοιεν ὢν ἠξίουν γενόμενοι, καὶ [e] τῷ δικαίως αὐτοὶ παθεῖν ἐφ' οἷς ἀλλήλους ἠδίκησαν [f] προλαμβάνοντες μόνον. ἤδη οἷν οἰκείας τινὰς ἔχθρας ἐπεξήεσαν τῷ τοιούτῳ τρόπῳ, καὶ καταφωραθέντες οὐ τοῖς ὁμοίοις ἐγένοντο, ⟨καιρὸν⟩ ὥσπερ ὄργανον καὶ παγίδα ὀπὶ τοὺς ἐχθροὺς νοοῦντες, καὶ σφαλισκόμενοι τῇ πείρᾳ, καθ' ἑαυτοὺς ἑτέροις ἐπεβάλλοντο. ἥτε γὰρ μετάνοια τῷ βασιλεῖ ταχὺ ἀφ' τοῦ μὴ προφανῶς [g] ἁμαρτάνοντας ἀναιρεῖν ἐπεγίνετο, καὶ ἑαύτης τὸ χαλεπὸν, οὐκ εἰς ὃ παύσασθαι τοῦ ὁμοίου δρᾶν, ἀλλ' εἰς τὸ τιμωρήσασθαι τοῖς ἴσοις τοὺς ὑπεξαιμώσους ἀπηρτίζετο.

γ'. Τοιαύτη μὲν οὖν τῶν περὶ τὴν αὐλὴν παραχή· [h] πολλοῖς δὲ τῶν φίλων ἤδη καὶ τοῦτ' αὐτὸ προσῆκεν, ὡς ὑπ' ἐμφανίζεσθαι δέον αὐτῷ λοιπὸν, ὑπ' [i] εἰς τὸ βασίλειον εἰσιέναι. ταύτην δὲ τὴν παῤῥησίαν ἐποιεῖτο, [k] καθὸ ἦν παῤῥησίας ἐλάττων ἢ πλείων ὑποπτῆς μετειλήφει. καὶ γὰρ Ἀνδρόμαχον καὶ Γέμελλον, ἄνδρας ἄκωθεν φίλους αὐτῷ, καὶ πολλὰ μὲν περὶ τοὺς βασιλικοὺς χρείας, ἔντε πρεσβείας, καὶ συμβουλίας ὀνήσαντας, αὐτῷ τ' οἶκον, συμπαιδεύσαντας δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς, καὶ τί γὰρ ἦν πρῶτον παῤῥησίας τόπον ἐσχηκότας, παρῃτήσατο τότε μὲν, ὅτι Δημήτριος ὁ παῖς αὐτῷ σωήθης ἦν Ἀλεξάνδρῳ, Γέμελλον δὲ εὖνουν ὑπεῖχεν ἐκείνῳ, καὶ γὰρ ἐν τοῖς προφοῖς καὶ τῇ παιδίᾳ συνεγένετο, καὶ τότε ἐν τῇ Ῥώμῃ συνδιέτριβεν ἀπόντι μάλιστα. παρῃτήσατο δὲ καὶ τούτους [l] ἡδέως μὲν ἂν καὶ χεῖρον· ὑπὸ δὲ γε μὴ κατ' ἀνδρῶν οὐκ ἀσήμων ἔχειν τότε ἄχει τοιούτων παῤῥησίαν, τότε τε τιμῶν καὶ τὸ [m] δυνάσθαι κωλύειν [n] ἁμαρτάνοντας παραμύθιον.

δ'. Ἦν δὲ τούτων ἁπάντων αἴτιος Ἀντίπατρος, ὃς, ἐπεὶ δὴ τὸ γενοσηκὸς τοῦ παιδὸς παῤῥησίας καλέμαθεν, ἐκπαλαι μὲ συνεδρεύων αὐτῷ προσέκειτο, καὶ μᾶλλον ἐδόκει τι πεπραγέναι, εἰ τὸ ἀντίχειρ δυναμένων ἕκαστος ὑπεξαιρεθείη. τότε γοῦν τὸ περὶ τὸν Ἀνδρόμαχον ἀπελαθέντων λόγου

a Hîc ἔτι poſt μηκέτι ſubintelligendum videtur. b Ἐνθένδε οὐδ' οὐκ φ. *Busb.* c Καὶ deeſt *Busb.* d Νομίζοντες ᾗ εἰ φθ. *Vat.* & *Hen.* à prima manu. e Τῷ pro τοῦτο. f Προσλαμβάνοντες *Vat.* προσπαλαίοντες *Busb.* g Ἁμαρτάνοντα ἀναιρεῖν ἐπιγίνετο *Vat.* ἁμαρτάνοντας ἀναιρεῖν γίνεται *Hen.* h Πολλοὶ δὲ τῶν φίλων ἤδη καὶ τοῦτ' αὐτὸ προσῆκεν *Vat.* i Εἰς τὰ βασίλεια *Busb.* & *Zonar.* k Καθ' ὃν ἦν παῤῥησίαν *Busb.* l Ἡδέως μὲν ἂν ⟨καὶ⟩ τούτους, τοῦτο *Vat.* & *Hen.* à pr. m. m Δυνάσθαι κωλύειν *Vat.* n Ἁμαρτάνοντας in *libris.* * *Magis ad verbum*, & quid enim aliud quam primum *&c.*

a Ἐτέροις

γου καὶ παῤῥησίας, πρῶτον μὲν ὁ βασιλεὺς ὅσους ᾤετο πιστοὺς Ἀλεξάνδρῳ, βασάνοις ἀνέκρινεν, εἴ τι κατ' αὐτοῦ τολμηθὲν εἰδείησαν. οἱ δὲ ἀπέθνησκον, οὐδὲν ἔχοντες λέγειν. τὸ δ' ἰδιοῦ φιλονεικίας αἴτιον, εἰ μή τι τοιοῦτον οἷ[a] οἰόμενοι κακῶς εὐρίσκοιτο· καὶ δεινὸς Ἀντίπατρος ἦν μὲν γὰρ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀναίτιον εἰς ἐγκράτειαν καὶ πίστιν ἁλῶναι, ὑπαιτιώμενος δὲ ζητεῖν ἃ πλείονα τὸ λανθάνον τῆς ὑπονοίας. καὶ τις ἐν πολλοῖς τοῖς βασανιζομένοις εἶπεν, ὡς [b]εἰδείη μὲν νεανίσκον λέγοντα πολλάκις, ὅταν ἐπαιρόμενος αὐτὸς τύχοι τοῦ τε σώματος ὡς εἴη μέγας, καὶ τὴν τοξικὴν εὐστοχίαν, καὶ τἄλλα τὰ περὶ ἀρετὴν ὑπὲρ ἅπαντας, ὅτι ταῦτα αὐτῷ καλὰ μᾶλλον ἢ πρὸς ἀγαθὰ πρὸς τῆς φύσεώς ἐστιν· ἄχθεσθαι γὰρ ἐπ' αὐτοῖς μὲν πατέρα καὶ φθονεῖν. αὐτὸς τε [d]ὅταν μὲν ἅμα πρὸς πατρὸς συστέλλειν αὑτὸν, καὶ καθαιρεῖν ὡς μὴ μεῖζον ὁρᾶσθαι· τοξεύων δὲ ἐν τοῖς κυνηγεσίοις ἐκείνῳ παρῆν[e] ἄποσκοπεῖν. τὴν γὰρ φιλοτιμίαν εἰδέναι τῷ γεγεννηκότι, τὸν ὑπὸ πολλῶν εὐδοκιμούντων. [f]βασανιζόμενον οὖν ὑπὲρ λόγου, καὶ προσιόντος ἤδη τοῦ σώματος, προσεπίθετο, ὅτι, ἐπειδὴ [g]ἔχων τὸν ἀδελφὸν Ἀριστόβουλον, [h]βουλεύσαιτο ἐν κυνηγεσίῳ λοχήσας ἀνελεῖν τὸν πατέρα, καὶ φεύγειν εἰς Ῥώμην, ἐπειδὴν τοῦτ' αὐτῷ προχωρήσῃ, τὴν βασιλείαν αἰτησόμενον. εὑρέθη δὲ καὶ γράμματα τοῦ νεανίσκου πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ἐν οἷς ἐμέμφετο τὸν πατέρα μὴ δίκαια ποιήσειν, Ἀντιπάτρῳ χώραν ἀποδιδόντα πρόσοδον ἑξακοσίων ταλάντων φέρουσαν. ὑπὲ τούτοις εὐθὺς μὲν ἔδοξε τι πιθανὸν ἔχειν Ἡρῴδης, ὡς ᾤετο, κατὰ τῆς τῶν παίδων σωφροσύνης· καὶ συλλαβὼν ἔδησε τὸν Ἀλέξανδρον. αὖθις δὲ οὐκ [i]ἀνῆκε χαλεπὸς ὤν, τοῖς μὲν ὑφ' οἷς ἤκουσεν ἄγαν πεπιστευκώς· ἀναλογιζομένῳ [k]δὲ ἄξιον μὲν ὑποβολῆς ἐξ αὐτοῦ οὐδὲν ἐφαίνετο, μέμψεις δὲ καὶ νεανικὴ φιλοτιμία, [l]καὶ τὸν κτείναντα φανερῶς εἰς τὴν Ῥώμην ὁρμᾶν ἀπέφαινον. ἀξίωμα δὲ καὶ μεῖζόν τι λαβεῖν τῆς περὶ τὸν υἱὸν ὑποψίας τεκμήριον, καὶ φιλόεικον· ἣν μὴ δόξαι προσηκόντως τοὺς δεσμοὺς καταγνωκέναι. τοῦ δὲ φίλων τῶν Ἀλεξάνδρου βασανίζων τοὺς μὲν τέλει, διέφθειρεν αὐτοῦ ὑπολύσας, οὓς δὲ ὑπόντας [m]ὧν ἐκεῖνος ᾤετο. πολλῆς δὲ τῆς εἰς τὸ τοιοῦτον ἑτοιμότητος ὕσης, καὶ φόβου καὶ ταραχῆς περὶ τὸ βασίλειον, ἐς τις τῶν νεωτέρων, ὡς ἐπὶ ταῖς ἀνάγκαις ἐγένετο, προσέπεμψεν ἔφη τοῖς ἐν Ῥώμῃ φίλοις τὸν Ἀλέξανδρον, ἀξιοῦντα κλητῆναι παρὰ τὸν Καίσαρος, ἔχειν [n]δὲ αὐτῷ πρόξιν ἐπ' αὐτὸν συνισταμένῳ μιμοῦσθαι, Μιθριδάτην τὸν βασιλέα Πάρθων τῷ πατρὶ ἠρημένου καὶ Ῥωμαίων φίλον· ἔναγε δὲ αὐτῷ καὶ φάρμακον ἐν Ἀσκάλωνι παρεσκευασμένον.

gem alloqui & admonere non poſſent, cœpit rex in omnes tormentis quæſtionem habere, quos Alexandro fideles eſſe credebat, ut extorqueret ſi quid ille contra ſe molitus eſſet. Illi vero cum nihil dicere haberent, moriebantur. id quod regem reddebat furioſiorem, quia nihil eorum quæ male ſuſpicaretur deprehendi poſſet: & Antipater ita malitioſus erat, ut cum quis reipſa innocens reperiebatur, negaret innocentiam eſſe, ſed *erga Alexandrum* conſtantiam atque fidem, regemque inſtigaret ad quærendum ex aliis de arcanis inſidiis. Atque accidit, inter complures qui cruciabantur, ut unus fateretur, ſe noſſe Alexandrum dicere ſolitum, cum à corporis proceritate & jaculandi peritia cæterarumque virtutum ſingulari excellentia collaudaretur, eas ſibi naturæ dotes magis pulchras eſſe quam bonas, quippe patri inviſas & invidioſas. itaque ſe cum patre ambulantem ſeipſum ſupprimere ſolere atque demittere, ne illo major videretur: & in venatione cum patre jaculantem data opera aberrare, ut qui patrem gloriæ ſtudioſiorem norit, quam ut alios ferret ſibi laudem ex iſtis comparare. Deinde ſuper ea re tormentis interrogatus, remiſſo cruciatu illud addidit, Alexandrum cum fratre ſuo Ariſtobulo ſtatuiſſe in venatione patrem inſidiis perimere, & tum patrato facinore Romam ad petendum regnum perfugere. Repertæ ſunt præterea Alexandri ad fratrem literæ, in quibus de patre conquerebatur, qui inique Antipatro regionem daret, ex qua ducenta talenta ad eum redirent. Hîc continuo ſibi viſus Herodes certum aliquod habere argumentum ſuſpicionis, quam de pueris conceperat, Alexandrum comprehendi & in vincula tradi jubet. Deinde ne ſic quidem moleſtus eſſe deſinebat, partim quia auditis non multum fidei adjungebat, partim quia rem perpendendo nihil apparebat cur deberet ab illis per inſidias appeti, ſed videbat querimonias eſſe & contentiones juveniles, neque credi poſſe ut qui patrem interfecerat palam Romam proficiſceretur. Quapropter majus argumentum culpæ filii habere volebat, & ſollicitus erat ne eum inconſideratius in vincula dediſſe videretur. Itaque ſummos amicorum Alexandri eouſque excruciavit ut multos necârit, nec tamen quicquam extorſerit eorum quæ exſpectabat. Huic ille rei dum vehementer incumbit, & regia timorum turbarumque plena eſt, fuit juvenis quidam, qui, ubi tormenta ei admota erant, fatebatur, Alexandrum Romam ad amicos literas miſiſſe, ut ſe curarent à Cæſare cito accerſendum. habere ſe novas adverſus eum res, quas ei indicare vellet, videlicet ſuum patrem cum Mithridate Parthorum rege amicitiam contra Romanos coiiſſe: atque illud adjecit, Alexandrum habere paratum venenum Aſcalone.

Multi ex Alexandri amicis in tormentis necati.

Quidam, tormentorum vim non perferens, Alexandrum accuſat.

Alexander in vincula conjicitur.

Alteri etiam extorqueitur confeſſio.

5. His

a Ἐνιοὶ Busb. b Οἶδε Busb. c Ὅτι ταῦτα αὐτῷ τὰ καλὰ, λυπηρὰ μᾶλλον Busb. Ὅτι ταῦτα αὐτῷ καὶ μᾶλλον ἦσαν Vat. d Ὅταν μὲν προσπαίων Vat. & Hen. à prima manu. e Ita edendum cenſui. ἀποσκοπεῖν in libris. ſi quis ἀποσκοπὸς malit, per me licet. f Βασανιζομένου τοῦ τι λόγου Vat. & Hen. à pr. m. g Ita Vat. & Hen. à pr. m. ἴσχυε in Editis Aliiſque. h Eo modo Baſ. atque ita fere Zonaras, προσεπίθετο ὅ, ὡς [δι' ὅτι Busb. Vat. & Hen. à pr. m.] καὶ βουλεύσαιτο σὺν Ἀριστοβούλῳ ἐν κυνηγεσίῳ ἀνελεῖν τὸν πατέρα ἔπειτα εἰς Ῥώμην φυγεῖν, τὴν βασιλείαν μετιόντα. Epiphanius vertit, addebat, quod patrem Ariſtobulum conſcium haberet, ut in venatione patrem perimentes, ad Romam confugerent, regnumque peterent. antea editum erat, ſenſu plane mutilo, Ἀριστοβούλου ἐν κυνηγεσίῳ λοχήσαντος φεύγειν εἰς Ῥώμην. i Ἀνιεν Busb. k Γὰρ Hen. Busb. & Vat. l Καὶ τὸν πατέρα κτείναντα Busb. καὶ κτείναντος legiſſe videtur Epiphan. m Οἷον ὄντων Zonar. n Γὰρ Hen. Busb. & Vat.

Alexander, quo magis Herodem irritaret, inſidias ſtructas eſſe fatetur.

5. His rebus credidit Herodes, & in iis malis nonnullam temeritatis ſuæ conſolationem cepit, ſibiipſi aſſentando & majora eſſe quam erant mala perſuadendo. Verum non eſt inventum venenum, licet diligentiſſime quærendum curaverit; neque tamen id negavit Alexander, ut qui de induſtria malorum magnitudinem augere vellet: ſed patris temeritatem majori adhuc crimine incitavit, forſan ut hoc ipſo facilitatis in calumniis fidem habendo pudorem ei incuteret, non minima tamen dedita opera, ut, ſi forte crederetur, ipſum cum tota regia malis exagitaret. Dimiſit enim quaternas literas, in quibus ſignificabat, "nihil "opus eſſe tormentis, neque procedendum ul- "terius, quippe quod ipſe inſidias fecerit, & "quidem ſocio Pherora & regiorum amico- *Conjurationis ſocios indicat, viros regi fidiſſimos.* "rum fidiſſimis; Salomen quoque ad ſe ve- "niſſe noctu & ſecum per vim concubuiſſe: "atque omnium conatus eo tendere, ut regem "de medio tollerent, atque ita perpetuo me- "tu liberarentur". Inter cæteros etiam accuſabantur Ptolemæus & Sapinnius, qui regi fideliſſimi habiti ſunt. Quid enim multis? haud aliter ac ſi rabies eos occupaſſet, in ſe invicem efferabantur qui aliquando fuerant amiciſſimi, cum neque ſui defendendi neque alios refellendi, ad veritatem patefaciendam, locum haberent, ſed omnes nullo judicio neci darentur. atque dum alii vincula, alii necem, vel eorundem exſpectationem deflerent, ſolitudo & mœſtitia, pro præteriti temporis felicitate, regiam complebant. Itaque tota Herodis vita ei erat acerba, ut qui *perpetuo* turbaretur, &, quod nemini ſe auderet credere, triſti futuri exſpectatione cruciaretur. Quinimo frequenter animo ſuo perſuadebat, invadi ſe à filio, & eum ſtricto gladio aſtare. adeo ut, dum in ea cogitatione dies noctesque verſatur, non ſecus ac furioſus & mente captus baccharetur. Atque ita quidem ille ſe habebat.

Herodem vitæ tædet.

XII. 6. Ubi autem iſta de Herode intellexit Archelaus Cappadocum rex, & de filia & de adoleſcente ſollicitus, amicique vicem dolens qui in tantas inciderit turbas, *Hieroſolyma* profectus eſt de induſtria ut res componeret. Cumque eum *ſicut audiverat* affectum inveniſſet, tempori nequaquam congruere exiſtimavit, ut eum reprehenderet aut temeritatis argueret. fore enim ut ille æger animi irritaretur, & quo majori ſtudio ſemet excuſaret ira vehementiori exardeſceret. Quapropter alia via aggreſſus eſt ad ea quæ tam male ceciderant emendanda, adoleſcenti quidem ſuccenſendo, & Herodem hominem æquum eſſe pronunciando, qui nihil temere feciſſet. atque illud inſuper adjecit, ſe filiæ ſuæ & Alexandri matrimonium diſſoluturum, ac ne filiæ quidem jure parſurum eſſe, ſi quid ea ſciret quod Herodi non indicaſſet. Rex autem ubi Archelaum (quem ſibi adverſaturum putabat) à ſe ſtare vidit, ſuique in gratiam tantam præ ſe ferre iracundiam, aliquan-

Archelaus aſſiste agit, ut Alexandrum patri reconciliet.

ε'. Τούτοις ὑπέτευσεν Ηρώδης, καί τινα παρρησίαν τῆς παρρητείας εἴληφεν ὑπὸ τοῖς κακοῖς, ὑπὸ τῶν ψευδῶν κολακευόμενος. καὶ ὁ μὲν φάρμακον εὐθὺς ἐπιζητεῖν ἤρχετο, [a] τῷ δ' ὑπερβολῇ τῶν κακῶν Αλέξανδρος οὐ φιλοτεχνίας ὑπερρῶσαι θέλων, εἰς μὲν ἄρτιον οὐκ ἐτράπετο· μετῆει δὲ τῷ παρρητείαν τῇ παιδὸς ἁμαρτίᾳ μείζονι, τάχα δὲ καὶ ἀφ' ἑτέρας δυσωπῆσαι βουλόμενος τὸ πρὸς τὰς διαβολὰς ἕτοιμον, ἤρχετο δὲ εἰ καὶ ἔτυχεν πιστευθεὶς κακοῦ αὐτοῦ καὶ πᾶσαν τὴν βασιλείαν προπρημένος. γράμματα γὰρ γράψας ὑπὸ βίβλοις τέτταρσιν ἀπέστειλεν, ὡς οὐδὲν δεῖ βασανίζειν, οὐδὲ περαιτέρω χωρεῖν, γενέσθαι γὰρ τὴν ὑπόβουλην, καὶ ζώντης συλλαμβάνειν τόν τε Φερώραν καὶ τοὺς πιστοτάτους αὐτῷ τῶν φίλων, Σαλώμην δὲ καὶ νύκτωρ ἐπεισελθεῖν [c]ἄχοντι μιγῆναι· καὶ πάντας ὑπὸ ταὐτὸν ἥκειν, τὸ θάνατον ἐκείνου ἐκποδὼν ποιησαμένους, ἄδειαν τῆς ἀεὶ προσδοκίας ἔχειν. ὑπὸ τούτοις καὶ Πτολεμαῖος διεβέβλητο καὶ [d]Σαπίνιος, ἃ πιστότατοι τῷ βασιλεῖ. [e]καὶ τί γὰρ ἡ καθάπαξ λύττης πλοῦς ἐμπεσοῦσης κατ' ἀλλήλων ἃ πάλαι φίλτατοι πεφιλείωντο, μήτ' ἀπολογίας μήτ' ἐλέγχου τόπον ἔως ἀληθείας ἐχόντων, ἀλλ' ἀεὶ γνομένης ἀκρίτου τινὸς εἰς ἅπαντας ἀπωλείας. καὶ τῷ μὲν δεσμά, τῷ δὲ [f]θάνατον, τῷ δὲ τὸ ταῦτα μέλλειν ἐπ' αὐτοῖς ὀδυρομένων, ἡσυχία τε καὶ κατήφεια τὸ βασίλειον ἀπεκόσμει τῆς πρώτης εὐδαιμονίας. καὶ χαλεπὸς ἦν Ηρώδῃ πᾶς ὁ βίος ὑπταραγμένῳ, καὶ τὸ μηδενὶ πιστεύειν μέγα τῆς προσδοκίας κολαστήριον ἔχοντι. πολλάκις γὰρ ὡς ἐπανιστάμενον αὐτῷ τὸν υἱόν, ἢ καὶ ξιφήρη παρεστῶτα ἀφ' φονεύσιας ἐλάμβανεν. ὅπως ἡ ψυχή, καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν πρὸς τούτῳ γενομένη, πάθος ἀνεμάξατο μανίας καὶ ἀγνοίας οὐκ ἤπιον. ἐν τοῖς μὲν οὖν ἐκείνου εἶχεν ὅπως.

ς'. Αρχέλαος δὲ ὁ τῆς Καππαδόκων βασιλεύς, [g]ὡς ἐπύθετο τὰ κατὰ τὸν Ηρώδην, ἀγωνιῶν τε ὑπὲρ τοῦ γαμβροῦ καὶ τῆς νεανίσκης, καὶ συναλγῶν ἀνδρὶ φίλῳ τῆς ὑπὸ τοσόνδε ταραχῆς, ἦκεν οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος τὰ πράγματα. καὶ καταλαβών ὅπως ἔχοντα, τὸ μὲν ὑποπτον ἢ φανὰν γενέσθαι τι προπετὲς αὐτῷ τελέως ἀνοίκειον εἰς τὸν κηδεστὴν ἡγήσατο. φιλονεικήσειν γὰρ κεκακωμένον, καὶ μᾶλλον ἀπολογεῖσθαι αὐτοῦ πλείονος ὀργῆς ἀναπλησθήσεσθαι. [h]μετὰ δὲ τάξιν ἑτέραν τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν ἠτυχημένων, ὀργιζόμενος τῷ νεανίσκῳ, καὶ κεῖνον ὑποικίζων λέγων, τῷ μηδὲν οὐ προπετείας ἐργάσασθαι. τόν τε γάμον ἀφαλύσειν ἔφη πρὸς τὸν Αλέξανδρον, καὶ μηδ' ἂν τῆς θυγατρὸς φείσασθαι [i]δικαίως εἴ τι συνοίσει τούτῳ ὑπὸ καλαμήνυσεν. τοιούτῳ δ' ὄντος [k]Αρχελάου ὑπ' προσδοκίαν [l]ὧν ὁ Ηρώδης ᾤετο, [m]ὃ δὲ πλέον ὑπὲρ αὐτοῦ τὴν ὀργὴν ὑποδεδυκυῖαν, μελέτην πιθὴν

a Διὰ ταῦτα τῶν κακῶν ὑπερβολὴν ὁ Αλέξανδρος φιλοτεχνίας ἀφειδεῖς καὶ βουλήσεις ἀμύνασθαι τοὺς ἐχθροὺς, ἵν' αὐτῷ συναπόληται, χαίμησεν ὑπομφὴ τοῦ πατρὸς Zonar. b Καπποδοκῶν Busb. c Ita lego. ἄκοντι in libris Editis & pleriſque MSS. αὐτῷ μιγῆναι ἄκοντι Busb. αὐτῷ μιγῆναι καὶ ἄκοντι Zonar. d Σαπίνιος Busb. Σαπήνιος Gall. in Epiphanii verſione Sapphinius. e Ita legendum cenſui, prout p. 730. v. 37. καὶ τί γὰρ ἡ in Editis & MSS. plenius καὶ τί γὰρ ἄλλο ἤ, quid enim aliud niſi, vel quid enim aliud quam. f Θάνατον in libris. g Illud ὡς abeſt Hen. & Vat. h Μετὰ δὲ ἑτέρας Busb. i Δικαίως abeſt Vat. & Busb. k Αρχελάου repoſui è Cod. Busb. & Vet. Interpr. l Ἦν Ηρώδης Vat. ὧν ὁ Ηρώδης Hen. à pr. m. m Τὸ δὲ πλέον ἐπ' αὐτῷ Vat. Ita interpretatur Epiphanius, ac ſi legiſſet Τὸ πλέον αὐτῷ.

a Ita

πιπλεν ὁ Βασιλεὺς τ χαλεπότητος, καὶ λαβὼν ἐκ ὀ δικάιᾳ δοκεῖν τὰ πεπραγμένα πεποιηκέναι, κτ' μικρὸν εἰς τὸ ὀ πατρὸς ἀντιμεθίστατο πάθος. [2] αἰχλρὸς δ' ἦν ἐν ἀμφοτέροις, ὅτε μὲν ἀπελύοντο τινὲς τὰς ὀ νεανίσκυ ἀγχολὰς εἰς ὀργὴν ἐκταραττόμενος, ἐπειδὴ δὲ Αρχέλαος συνκατηγόρει, τοὺς δάκρυα καὶ λύπην οὐκ ἀπαθῆ μεθιστάμενος· ἐδεῖτο γοῦν ἐκείνυ μήτε ἀγχολύειν τ γάμον, ὀργῆς τε ἔλαττον ἔχειν, ἐφ' οἷς ὁ νεανίσκος ἠδίκηκεν. Αρχέλαος δὲ, τὸν ἀδελφὸν ὑπεικέστερον, εἰς τε τὺς φίλυς μετέφερεν τὰς ἀγχολὰς, ἐκείνων εἰ λέγων νέον ὄντα καὶ κακοηθείας ἀναίσθητον ἀγαθοῦ· τόν τε ἀδελφὸν αὐτῷ μᾶλλον εἰς ὑποψίαν καθίστη. ὀ γὰρ Ηρώδυ χαλεπῶς καὶ τοὺς τ Φερώραν ἔχοντος, ὁ μὲν ἀπειλᾷ ὀ διαλλάξαντος, Αρχέλαον ὁρῶν μᾶλιστα δυνάμενον, αὐτὸς τυχὼν τοὺς ἐκεῖνον ἐτοιμάπετο μελανέμων, καὶ πάντα τὰ σημεῖα τ μὴ μικρὸν ἀπωλείας ἔχων. Αρχέλαός τε ὅτε ὑποδεῖδεν τ ἔντευξιν, ὅτ' ἔφη δυνατὸς εἰ ταχὺ μεταπείθειν ὅτας ἔχοντα τ βασιλέα· βέλτιον δὲ εἰ αὐτῷ τοιστέναι καὶ δεῖλθ, τ πάντων αὐτὸν αἴτιον ὁμολογῆνται. [b] ἀφελήσθι γὰρ ὅτως ὀ θυμῷ τὸ τοιοῦτον, αὐτὸς δὲ [c] συλλήψεσθ παρών. ζῶντα δὲ [d] πειθένος αὐτῷ, σὺν ἀμφοτέροις ἰῶ διαπεπραγμένον. αἵ τε διαβολαὶ τοῦ δόξαν ἀφήρηντο ὀ νεανίσκυ, καὶ Φερώραν Αρχέλαος διαλλάξας, ὅτως εἰς Καππαδοκίαν ἀπῆλθ, κεχαρισμένος, ὡς ὐκ ἄλλος ὁ τῇ τότε τοιησάσθ τ χαρῶν, Ηρώδῃ γενόμενος. ὅθεν καὶ δώρυς αὐτὸν ἐτίμησε πολυτελεστάτοις, καὶ τοῖς ἄλλοις [e] μεγαλοπρεπὴς ὁ τοῖς μᾶλιστα φίλτατον ἡγησάμενος. ἐποιήσατο δὲ ὢ σωθῆναι εἰς Ρώμην ἐλθεῖν, ἐπειδὴ τοι τῶν ἐγκλημάτων Καίσαρι, καὶ μέγας Αντιοχείας ὅπι τὸ αὐτὸ παρῆλθον. ὀκεῖ καὶ ⟨Φ⟩ ἡγεμόνα Συρίας Τίτιον, ὃν διαφορᾶς Αρχελάῳ κακῶς ἔχοντος, διήλλαξεν Ηρώδυς, καὶ πάλιν εἰς Ιυδαίαν ὑποστρέφ.

tulum de acerbitate ſua remiſit, & dum putaret jure facta videri quæ feciſſet, paulatim animum paternum induit. Jamque in utramque partem miſerandus erat. cum quidem nonnulli conjectas in Alexandrum calumnias refellebant, turbabatur; cum vero Herodem defendebat Archelaus, ad fletum convertebatur, graviterque dolore affectus erat: eò uſque ut eum oraverit, ne connubium diſſolveret, neque adeo juveni ob maleficia iraſceretur. Itaque ubi paulo æquiorem factum vidit Archelaus, vertit in amicos calumnias, ab iis dicens corruptum Alexandrum, qui juvenis eſſet, neque malitiam ſentiret: & ſuſpicionem etiam magis in *regis* fratrem detorſit. nam cum Pheroras etiam in Herodis indignationem incurriſſet, ille, cum neminem haberet per quem cum rege in gratiam redire poſſet, videns magnam eſſe Archelai auctoritatem, eum adiit atratus, omniaque ſigna de ſalute deſperantis præ ſe ferens. Tum Archelaus ſupplicis preces admiſit, fieri tamen poſſe negavit, ut tantam regis iram cito reſtingueret; proinde præſtare, ut ipſe ab illo veniam peteret iret, ſeque totius mali auctorem eſſe confiteretur. ita enim ipſum immodicam *regis* iram diminuturum, ſe vero tum in auxilium commode adfuturum. Cum autem hæc ei perſuaſiſſet, perfecit ut pax utrique componeretur. atque ita juvenis præter opinionem crimine ſublevatus eſt, & Pheroram Herodi reconciliavit: deinde ſe in Cappadociam recepit, Herodi ut temporibus illis gratior quam quiſquam alius. adeo ut eum muneribus pretioſiſſimis honoraverit Herodes, & in aliis magnificus fuerit, eumque pro ſummo amico habuerit. Pepigit etiam iturum ſe Romam, quoniam de ſuis negotiis ad Cæſarem ſcripſiſſet: iveruntq; una Antiochiam uſq;. & litem ibi compoſuit Herodes inter Archelaum & Titium Syriæ * præſidem; atq; ita in Judæam reverſus eſt.

Archelaus in Herodis amicos Alexandri crimina transfert.

Herodes cum Alexandro & Pheroræ redit in gratiam.

Herodes comitatur Archelaum Antiochiam uſque, & lites componi inter Archelaum & Titium.

ιγ'. ΚΕΦ. θ'. XIII. CAP. IX.

Περὶ ἀποστάσεως τῶν Τραχωνιτῶν. ὡς Ηρώδυ κατηγόρησεν ὁ Σύλλαυ ὅπι Καίσαρ· καὶ ὡς, Καίσαρος ὀργιζομένυ, Ηρώδης τὰς αἰτίας ἀπελύσατο διὰ Νικολάυ.

De Trachonitarum defectione. Quomodo Syllæus Herodem apud Cæſarem accuſavit: atque Cæſare irato Herodes ope Nicolai crimina diluit.

ΓΕνομένῳ δὲ ὐ τῇ Ρώμῃ, καὶ κεῖθεν ἐπανήκοντι, συνέστη πόλεμος τοὺς τὺς Αραβας, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Ⓐ κατοικοῦντες τὸν Τραχῶνα, Καίσαρος ἀφελομένυ Ζηνόδωρον καὶ τοσοῦτος Ηρώδῃ τὴν χώραν, ληστεύειν μὲν ὐκ εἶχον ἐξυσίαν ἔτι, γεωργεῖν δὲ καὶ ζῆν ἡμέρως ἠναγκάζοντο. [g] τοῦτο δ' οὖν ὐκείνοις ὐχ αἱρετὸν, ὐδὲ λυσιτέλειαν ἔφερεν ἡ γῆ πονούντων. ὅμως δὲ [h] κατ' ἀρχὰς μὲν, ὐκ ὀπιτρέποντος τῷ βασιλέως, ἀπέχοντο τῶν εἰς τὺς τοιούτυς ἀδικημάτων. καὶ πολλὴ ἀγαθὸ τοῦτο ἰῶ εὐδοξία τῆς ὀπιμελείας Ηρώδυ. πλὴν

POſtquam autem Romam ivit, & inde revenit, bellum ortum eſt adverſus Arabas ob hujuſmodi cauſam. Incolæ Trachonis, poſtquam Cæſar eam regionem, Zenodoro ademptam, Herodi attribuerat, amplius quidem latrocinari nequibant, terram vero colere & quiete vivere cogebantur; id quod eis parum placebat, † nec admodum idoneum agriculturæ ſolum *habebant*. verumtamen à principio, rege eos coërcente, finitimos nullis laceſſebant injuriis. qua ex re Herodes magnam diligentiæ laudem adeptus eſt. Illo autem

Trachonitarum rebellio, ejuſque cauſæ.

---

a Ita lego cum *Cod. Busb.* εἴκτος in *reliquis*. *b* In *Editis Alliſque* ἀφιλόσω. veteri mendo, quod & codices obſedit *Epiphanii* qui vertit, *quia prodeſſent hæc ad ejus indignationem mitigandam*. Verum cum ἀφιλεῖ habeat *Busb.* ἀφιλόσω repoſui, prout legendum eſſe docuit *Cotelerius* in *Notis* ad *Monumenta Eccl. Gr.* Vol. 2. p. 578. Μαλάξαι γὰρ ἴσως τὸ σκληρὸν φ ὀργῆς *Zonar.* *c* Ita *Busb. Gall. Hen.* & *Zonar.* συνίψιος in *Editis*, nullo plane ſenſu. *d* Πειθόμενος ἦ τῷ Φερώρᾳ *Busb.* *e* Ita cum *Cotelerio* in *Notis* ad *Mon. Eccl. Gr.* vol. 2. p. 634. μεγαλοπρεπῶς in *libris* omnibus. *& omnibus magnifice diſavit* in verſione *Epiphanii*. *f* Ita reſcripſi, prout exſtat in *Cod. Mediceo* & pleriſque *Epiphanii* libris *MSS.* atque apud *Strabonem*, l. 16. p. 515. Τίτον in *Editis Alliſque*. quod male ſe habere poſt *Caſaubonum* (in *Exercit.* p. 136.) contra *Monacuſium* (in *Apparatu*, p. 154.) oſtendit *Ill. Card. Noriſius* in *Cenotaphiis Piſanis*, pag. 206. &c. *g* Τὸ δ' ἦν *Busb.* & *Vat.* *h* Διὸ δὴ τοῦ βασιλέως *Busb.* * Procuratorem, *Epiphan.* † Neque terra reſpondebat laboribus, *Gelen.* *a* Ita

autem Romam profecto, cum & puerum Alexandrum accuſabat, & Antipatrum ſuum filium commendaturus Cæſarem adibat, Trachonis incolæ mortuum eſſe Herodem ſermonibus divulgarunt, rebellaruntque, & iterum finitimum agrum, ut ante conſueverant, diripere & vaſtare cœperunt. At tum regii duces, abſente ipſo, eos domuerunt. Cæterum fuerunt circiter quadraginta latronum principes, qui, captorum exemplo territi, ex iis finibus ceſſerunt, ſeque in Arabiam receperunt, & à Syllæo, poſtquam is à Salomes conjugio aberraverat, accepti ſunt, qui eis locum munitum dedit : qua habitatione uſi, cœperunt non ſolum Judæam incurſare, verumetiam univerſam Cœlen-Syriam, receptum & præſidium maleficis ſceleratiſque præſtante Syllæo. Herodes autem, Roma reverſus, comperit eos gravia damna ſuis intuliſſe: & quoniam latronibus ipſis potiri nequibat, quippe ſecuritate ex Arabum tutela fretis, eas contumelias ægre ferens, Trachonem obiit, & latronum conſanguineos necavit. Ea res, quam pro gravi injuria habuerunt, tanto reddidit irritatiores, præſertim quod legem habebant, quæ ſuorum interfectores omnibus modis ulciſci juberet : adeo ut, quicunque tandem ſequuturus eſſet eventus, ex univerſa Herodis ditione prædas agere eamque diripere non ceſſarint. Ille vero, hac de re loquutus cum Saturnino & Volumnio, Cæſarianis ducibus, latrones ad ſupplicium depopoſcit. Quamobrem latrones ſeipſos magis etiam confirmare, & numero aucti omnia perdere, loca pagoſque Herodiani regni vaſtando, hominesque quos ceperant interficiendo : adeo ut hujuſmodi incurſiones bellicis ſimiles eſſent. homines enim jam circiter mille erant. Quam rem moleſte ferens Herodes latrones depoſcebat, & ſexaginta talenta exigebat, quæ Obodæ per manus Syllæi mutua dederat, quorumque dies tranſacta jam erat. At Syllæus, qui Oboda rejecto omnia regebat, negare in Arabia eſſe latrones, & pecuniæ ſolutionem differre : qua de re coram Saturnino & Volumnio, qui tum Syriæ * præeſſent, diſceptatum eſt. Tandem vero, illis ita decernentibus, convenit, Herodi intra dies triginta pecuniam ſolutum iri, & utrumque alterius homines redditurum, quos in ſuo regno haberet. Atque Herodes quidem neminem omnino Arabem habere compertus eſt, neque ob maleficium, neque ob aliam cauſam : at Arabes convicti ſunt habere in ſuis finibus latrones.

Latrones à Syllæo recepti.

Eos ad ſupplicium depoſcit Herodes.

XIV. 2. Cæterum cum jam elapſa eſſet dies præſtituta, Syllæus, antequam aliquid eorum quæ debebat feciſſet, Romam profectus eſt. Herodes vero exſequebatur redditionem pecuniarum & latronum qui apud Arabas erant, Sa-

Syllæus cum promiſſis non ſteriſet, Romam proficiſcitur.

σαντος δὲ εἰς τὴν Ρώμην, ὅτε καὶ ὁ παῖδὸς Αλεξάνδρου κατηγόρει, καὶ ὡδηπόρουν Αντίπατρον τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν παρελήλυθει Καίσαρι, λόγον ὡς [a] ἀπολωλὼς εἴη διαφθείροντες τὸν Τραχῶνα νεμόμενοι, τῆς τε ἀρχῆς ἀπέστησαν, καὶ πάλιν ὅπῃ τὰ σφῶν ἤθη τὰς πλησιοχώρους [b] ἀδικεῖν ἐτρέποντο. τότε μὲν οὖν αὐτοὺς οἱ στρατηγοὶ, τοῦ βασιλέως ἀπόντος, ἐχειρώσαντο. [c] οἱ δὲ πεντήκοντα δέ τινες ἀρχηγοὶ, καθ' ὧν τὴν ἀλωκότων, ἐξέλιπον μὲν τὴν χώραν, εἰς δὲ τὴν Αραβίαν ἀφορμήσαντες, Συλλαίου δεξαμένου μετὰ τὴν ἀποτυχίαν τοῦ Σαλώμης γάμου, τόπον τε ἔρυμνον οἰκεῖν δόντος, ᾤκησαν· καὶ κατασχόντες οὐ μόνον τὴν Ιτουραίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν Κοίλην Συρίαν ἅπασαν ἐλυμαίνοντο, παρέχοντος ὁρμητήρια τῷ Συλλαίῳ, ᾗ κακῶς [d] ποιοῦσιν ἄδειαν. Ηρώδης δὲ, ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς Ρώμης, ἔγνω πολλὰ τῶν οἰκείων αὐτῷ κεκακωμένα· καὶ τοὺς μὲν ληστῶν ἐγκρατὴς οὐ δυνάμενος γενέσθαι διὰ τὴν ἀσφάλειαν, ἣν οἱ τῶν Αράβων προστασίαν ἐποιήσαντο, χαλεπῶς δὲ ἔχων αὐτὸς τοὺς ἀδικημάτων, [e] προελθὼν τὸν Τραχῶνα, τοὺς οἰκείους αὐτῷ ἀπέσφαξεν. ὀντιῦθεν οἰκεῖοι καὶ μᾶλλον προὶς φυγὰς ὧν [f] ἐπεπόνθεισαν, ὄντος αὐτοῖς καὶ νόμου πάντα τρόπον [g] ἐπεξιέναι τοὺς τῶν οἰκείων φονεῖς, ἀνυποστόλους τὴν Ηρώδου πᾶσαν ἄγοντες καὶ φέροντες διετέλουν. ὁ δὲ οἰκεῖος δὲ προὶς τούτων τοῖς Καίσαρος ἡγεμόσιν Σατορνίνῳ τε καὶ Οὐολομνίῳ, [h] ὅπῃ κολάσει τοὺς λῃστὰς ἐξαιτούμενος. ὅθεν ἔτι καὶ μᾶλλον ἰσχυρῶς ἐχόντων, πλείους μὲν ἐγίνοντο, πάντα δὲ ἐταράττοι ἐπαναστάσει, τὴν Ηρώδου βασιλείας χωρία καὶ κώμας πορθοῦντες, καὶ τοὺς λαμβανομένους τῶν ἀνθρώπων [i] διαφθείροντες, ὡς εἰπεῖν πολέμῳ τινὶ ἀδικίαν ἐοικυῖαν. ἐγεγόνεισαν γὰρ ἤδη προὶς χιλίους· ἐφ' οἷς ἀχθόμενος Ηρώδης, τούς τε λῃστὰς ἐζήτει, καὶ χρέος ὃ ἀφὶ Συλλαίου δωρείσας ἔτυχεν Οβόδα, τάλαντα [k] ἑξήκοντα, παρηκούσης αὐτῷ τῆς προθεσμίας, ἀπολαβεῖν ἠξίου. Σύλλαιος δὲ τῷ μὲν Οβόδᾳ παρεσκάμμενος, αὐτὸς δὲ ἅπαντα διοικῶν, τούς τε λῃστὰς ἔφασκεν οὐ μὴ ποτὲ τῇ Αραβίᾳ (οὐκ εἶ) καὶ περὶ τῶν χρημάτων ἀνεβάλλετο, περὶ ὧν ὅπῃ τε Σατορνίνῳ καὶ Οὐολομνίῳ τῇ Συρίας ὑπατευόντων, ἐγίνοντο λόγοι. τέλος δὲ [l] συνέθετο δι' ἐκείνων σὺν ἡμερῶν τριάκοντα, τὰ τε χρήματα τῷ Ηρώδῃ ἀπολαβεῖν, [m] καὶ τοὺς ἀλλήλων ἑκατέρα τῇ βασιλείᾳ. καὶ ταῦτα μὲ Ηρώδῃ, τῶν Αράβων οὐδεὶς εὑρέθη ὃ συνὼν, οὔτε ἐπ' ἀδικίᾳ, οὔτε κατ' ἄλλον τρόπον· οἱ δ' Αραβες ἠλέγχοντο τοὺς λῃστὰς παρ' αὐτοῖς ἔχειν.

β'. Διελθούσης δὲ τῆς προθεσμίας ὁ Σύλλαιος, οὐδὲν τῶν δικαίων [n] πεποιηκὼς, εἰς Ρώμην ἀνέρχεται. ῥύσια δὲ τῶν χρημάτων καὶ τῶν παρ' ἐκείνοις λῃστῶν Ηρώδης ἐποιεῖτο, καὶ τῶν περὶ τὸν Σατορνίνον καὶ Οὐο-

a Ita reſcripſi è *Cod. Gall.* cum ἀπολωλὸς & mox ἠμώμενοι antea editum eſſet. διεδόθη λόγος ὡς ἀπολωλὼς εἴη. διαταραττόντες ἐν οἷς τὴν Τρ. *Busb.* b Ηδίκουν pro ἀδικεῖν ἐτρέποντο in *Cod. Busb.* ἐτράποντο *Gall.* c Aliud quiddam in ſuo codice habuiſſe videtur *Epiphanius*, qui vertit. *ex quibus* XL. *principes latronum cum cognatione ſua à Trachone provi c.* d Ποιοῦντος *Vat.* & *Hen.* à pr. m. e Εκφευγιλθὼν *Busb.* f Επιπόθησαν ἠτιθιοθησαν *Busb.* g Ita cum *Cod. Busb.* ἐπιξέναι in *Editis Aliiſque.* h Eo plane modo *Vat.* τῶν ἐπὶ ηγλ. in *reliquis.* i Αποσφαττοντες *Busb.* ἀπόσφαττον *Vat.* k Πεντηκόντα *Busb.* non ita in *cæteris*, aut in *Epiphanii* libris. l Συνέθητο *Vat.* & *Hen.* à prima manu. m Και τὴν ἀλλήλων ἑκατέρα ἀποκατάστησιν τῇ βασιλείᾳ *Busb.* quo ſane modo legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *& eos qui de utroque regno ſuſpexiſſent invicem reddere.* n Πεποιηκὼς, ἀλλ' εἰς P. *Busb.* * *Sc.* non æquata poteſtate & imperio. cum Saturninus id temporis eſſet Legatus Prætor Syriæ, Volumnius vero tantum Procurator ejuſdem provinciæ, ut oſtendit *Noriſius* in *Cenotaph. Piſ.* p. 206. & *Pagi* ad *Ann. Baronii*, p. 30.

Οὐολύμνιον ὑπηρετούντων ἀγωμοσύνας, [a] ἐπεξίεναι. στρατόν τε ἔχων, προσήγαγεν εἰς τὴν Ἀραβίαν, τρισὶν ἡμέραις ἐπὶ καθημένοις ἀφανύσας. καὶ γενόμενος ὅτι ἐπὶ φρουρίου τοῦ τοὺς λῃστὰς ἔχοντος, [b] αἱρεῖ μὲν ἐξ ἐφόδου πάντας αὐτούς, καταστάπλει δὲ τὸ χωρίον, [c] Ραιπὰ καλούμενον· τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν ἐλύπησεν. ἐκβοηθησάντων δὲ τῶν Ἀράβων ἡγουμένου Ναχέβου, μάχη γίνεται· καθ' ἣν ὀλίγοι μὲν [d] τῶν Ηρώδου, Νάχεβος δὲ ὁ τῶν Ἀράβων στρατηγός, καὶ ὡσεὶ εἴκοσι πέντε τῶν σὺν αὐτῷ πίπτουσιν, οἱ δὲ ἄλλοι πρὸς φυγὴν ἐτράποντο. πισάμενος δὲ τούτους, τρισχιλίους [e] Ἰδουμαίων ὅτι τῇ Τραχωνίτιδι κατοικίσας, [f] ἦρχε λῃστὰς τοὺς ἐκεῖ· καὶ περὶ τούτων τοῖς ἡγεμόσιν ἔπεμπεν ὡς Φοινίκῃ οὖσιν, ἀποδεικνὺς ὅτι μηδὲν πλέον ὧν ἀγωμονοῦντας ἐπεξελθεῖν ἔδει τοὺς Ἀραβας αὐτῷ πέπρακται. ταῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνοι πολυπραγμονοῦντες εὕρισκον οὐ ψευδόμενον.

turnino & Volumnio permittentibus ut contumaces etiam armis perſequeretur. Atque exercitum habens in Arabiam eum duxit, ſeptem manſiones triduo emenſus. Et poſtquam ad præſidium, quod latrones habebat, pervenit, omnes primo impetu cepit, & locum *munitum*, qui Raëpta vocabatur, complanavit: aliorum vero nihil violavit. Cumque latronibus Arabes, Nacebo duce, ſubſidio veniſſent, prælium committitur: in quo pauci quidem ex Herodianis *deſiderati ſunt*, Arabum vero dux Nacebus una cum ſuorum circiter viginti quinque ceciderunt: reliqui in fugam compulſi ſunt. Iſto autem de illis ſumpto ſupplicio, cum tria Idumæorum millia in Trachonitidem deportaſſet, regionis illius latrones coërcuit: totaque de re literas dedit ad duces qui erant in Phœnicia, quibus eos certiores fecit, quod nihil amplius, quam in contumaces Arabes *fieri* oportebat, ab eo actum fuiſſet. Et iſta quidem illi, cum in ea diligenter inquirerent, vera eſſe comperiebant.

Herodis expeditio in Arabiam.

ε'. γ'. Ἄγγελοι δὲ Σύλλαίῳ καταχήσαντες, εἰς Ῥώμην τὰ πεπραγμένα διεσάφουν, εἰς μεῖζον ὡς εἰκὸς ἔχοντες τὴν γενομένων αἰρονῖες. ὁ δὲ ἤδη μὲν ἐπεπραγμάτευτο γνώριμος τῇ εἰς Καίσαρι, τότε δὲ ὡς τὴν αὐλὴν ἀναστρεφόμενος, ὡς ἤκουσεν, εὐθὺς μεταμφιέννυται μέλαιναν ἐσθῆτα, καὶ παρελθὼν ἔλεγεν [g] ὡς αὐτὸν, ὅτι πολέμῳ τὰ [h] περὶ τὴν Ἀραβίαν εἴη κεκακωμένα, [i] καὶ πᾶσα ἀνάστατος ἡ βασιλεία στρατιᾷ πορθήσαντος αὐτῷ Ηρώδου. [k] δακρύων δὲ, πεντακοσίους μὲν ὅτι διχιλίοις Ἀράβων ἀπολωλέναι τοὺς σφετέρους ἔλεγεν, ἀνηρῆσθαι δὲ [l] καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Νάχεβον, οἰκεῖον αὐτῷ καὶ συγγενῆ, πλοῦτον δὲ διηρπάσθαι τὸν τῶν Ραίπλοις. καταφρονηθεὶς δὲ τὸ Οὐόδλῳ, ὑπὸ ἀσθενείας οὐκ ἀρκέσαντα τῷ πολέμῳ, διὰ τὸ μήτ' αὐτὸν, μήτε τὴν Ἀραβικὴν δύναμιν παρεῖναι. τοιαῦτα δὲ Συλλαίου λέγοντος, καὶ προσιθέντος ὅτι φθόνους, ὡς ὑφ' ἂν αὐτὸς [m] ἀπέλθοι τὴν χώρας μὴ πεπιστευκὼς ὅτι Καίσαρι μέλοι τὴν εἰρήνην ἄπασιν εἶναι πρὸς ἀλλήλους, μηδ' εἰ παρὼν ἐτύγχανεν οἷός τε λυσιτελῆ ποιῆσαι τὸν πόλεμον Ηρώδῃ, παροξυνθεὶς ὅτι τοῖς λεγομένοις ὁ Καῖσαρ, ἀνέκλαυε τὴν Ηρώδου τύχας παρούσας, καὶ τὴν ἰδίαν τύχην [n] ἀπὸ Συρίας ἥκουσαν, αὐτὸ μόνον, εἰ τὴν στρατιὰν Ηρώδης [o] καταγοι. τὴν δὲ τοῦτο μὲν αὐτὸ λέγειν ἀνάγκην ἐχόντων, τὸ δὲ ἐφ' ὅτῳ καὶ πῶς οὐκ ἀκούοντος, ὀργή τε μείζων ἐγίνετο τῷ Καίσαρι, καὶ γράφει πρὸς τὸν Ηρώδην, ταῦτα ἄλλα χαλεπῶς, καὶ τοῦτο τὸ ὑβριστικῆς κεφάλαιον, "ὅτι πάλαι χρώμενος "αὐτῷ φίλῳ, νῦν ὑπηκόῳ χρήσῃ." γράφει δὲ καὶ Σύλλαιος ὑπὲρ τούτων τοῖς Ἀραψίν. οἱ δὲ ἐπαρθέντες ὅτε τὴν λῃστῶν ὅσοι διέφυγον ἐξεδίδοσαν, ὅτε τὰ χρήματα [p] διελύοντο, νομάς τε ἃς ἐκεῖνοι μισθωσάμενοι διακαλέσαν, ἀμισθὶ ταύταις ἐχρῶντο, τεταπεινωμένου τὸν τῶν Ἰουδαίων βασιλέως διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ Καίσαρος. ὑπιόντα δὲ τῷ χειμῶνι καὶ οἱ τὴν Τραχωνίτιν ἔχοντες, τῆς τῶν [q] Ἰδουμαίων φρουρᾶς

XV. *Syllæus Herodem apud Cæſarem accuſat.*

3. Nuncii autem Romam celeriter ad Syllæum res geſtas pertulerunt, &, ut fere fit, ſingulas in majus auxerunt. Ille vero, qui jam id conſequutus erat ut Cæſari innoteſceret, & forte tum circa palatium erat, his auditis, confeſtim mutata veſte pullatus Cæſari indicatum ibat: Arabiam bello eſſe vexatam, & univerſum regis exercitum everſum ab Herode, qui regionem vaſtaverat. Ad hæc lachrymans querebatur, duo millia quingentos Arabiæ primarios cecidiſſe; eorumque ducem Nacebum occubuiſſe, amicum cognatumque ſuum: direptaſque divitias, quæ Raëptis eſſent, contempto Oboda ut ad bellum ſuſtinendum inferiore, quoniam nec ipſe Syllæus, nec Arabum exercitus adeſſet. Cum iſtiuſmodi verba faceret Syllæus, &, ut invidioſiorem redderet Herodem, illud etiam adjiceret, ſe eam profectionem ſuſcepturum non fuiſſe, niſi Cæſarem putaſſet daturum operam, ut cum omnibus omnes pacem haberent, neque, ſi ipſum ibi adeſſe contigiſſet, fauſtum Herodi bellum futurum fuiſſe; his verbis irritatus Cæſar, quæſivit ab Herodis amicis qui aderant, & à ſuis, qui ex Syria venerant, hoc ſolum, an Herodes exercitum duxiſſet. id quidem cum illi fateri neceſſe haberent, Cæſar vero quam ob cauſam & quo pacto non auſcultaret, cum ille magis ira exardeſcebat, tum ſcripſit acerbius Herodi, & inter alia, literarum ſumma hæc fuit, "Se eum aliquando in amicis habuiſſe, "nunc pro ſervo habiturum". Syllæus quoque ea de re ſcripſit ad Arabes. atque illi *literis ejus* elati neque prædones elapſos dedi-derunt, neque pecuniam ſolverunt, inſuper & paſcuis, quæ Herodis erant & ipſi conduxerant, gratis utebantur, quoniam Judæorum rex eſſet Cæſaris ira dejectus. Item Trachonitæ, hanc occaſionem nacti, in Idumæorum præſidium conſurgunt,

Cæſar in Herodem irritatur.

Trachonitæ in eum inſurgunt.

[a] Τὴν Ἀραβίαν poſt ἐπεξίεναι addit *Busb.* [b] Ita *Busb.* αἱρεῖ in *Editis Aliiſque.* [c] Ἀιπτα *Vat.* Ῥάιπτα *Gall.* in *Epiphanii* libris *Repta.* [d] Illud τῶν inſertum dedi è *Cod. Busb.* [e] Ἰδυμαίους *Busb.* [f] Εἶχε *Busb.* [g] Illa ὡς αὐτὸν deſunt *Busb.* [h] Κατὰ τὴν Ἀραβίαν *Busb.* [i] Καὶ πᾶσαν ἀνάστατον ἡ βασιλεία στρατιὰ πορθήσαντος αὐτῷ Ηρώδου in *Editis Aliiſque.* καὶ πᾶσαν ἀνάστατον ἡ βασιλείαν στρατιὰ πορθήσαντος αὐτὴν Ηρώδου *Vat.* unde reſcribere non dubitavi, καὶ π. ἀ. ἡ βασιλεία στρατιᾷ π. nec aliter, ut puto, legebat *Epiphanius*, qui vertit, *totumque regnum commotum ab Herodis exercitu fuiſſet.* [k] Δακρύων μὲν *Hen.* à prima manu. & *Vat.* qui mox μὲ poſt πεντακοσίους negligit. [l] Illud καὶ è *Cod. Vat.* & *Epiphan.* [m] Ita lego pro ἐπέλθοι, quod in *Editis* exſtat & *MSS.* in *Epiphanii* verſione, *quod nec ipſe rediret in provinciam, neque ſi præſens fuiſſet, commodum fuiſſet cum Herode bellum committere.* [n] Ita *Vat.* ἀπὸ Συρίας in *Editis Aliiſque.* [o] Καταγάγοι *Busb.* & *Baſ.* [p] Διελύετο *Busb. Hen.* & *Vat.* [q] Ἰουδαίων *Busb.* & *Hen.* à pr.m. nec aliter *Epiphan.*

consurgunt, atque una cum Arabibus latrocinantes, qui Idumæorum agrum populabantur, non solum lucri sed etiam ultionis causa miris modis in eos sæviebant.

Legatos ad Cæsarem frustra mittit Herodes.

4. Herodes autem ista omnia ferre cogebatur, perdita, quam in Cæsare habuerat, fiducia, & animum multo quam ante demissiorem gerebat. nam *Cæsar* legationem missam ab Herode ob causæ suæ defensionem audire nolebat, eamque iterum venientem re infecta remisit. Itaque erat ex istis in magna solicitudine atque metu,& ei permolestus erat Syllæus, tum quod ei crederetur, tum quod Romæ esset, & eo tempore ad majora spiraret. Nam

Aretas Obodæ in Arabum regnum succedit.

Obodas quidem diem supremum obierat, Æneas vero, cognomento Aretas, Arabum imperium occupat. Cæterum Syllæus eum per calumnias deturbare, regnumque invadere nitebatur, magnas largitiones aulicis faciens, multasque Cæsari promittens. Aretæ quoque Cæsar succensebat, quod regnum usurpasset, neque prius ad se scripsisset. Verum & ille literas cum muneribus ad Cæsarem mittit, & in his auream coronam multa talenta pendentem : quibus in literis Syllæum accusabat, ut qui malus servus esset & Obodam veneno sustulisset, quo etiam vivo rerum dominus fuisset, dum & Arabum uxores adulteraret, & pecuniam mutuaretur, ut imperium sibimet vendicaret.

Cæsar ei offensus.

Cæsar autem ne hos quidem *legatos* audire dignatus est, sed nullo accepto dono remisit. Judææ vero & Arabiæ regna indies deterius se habebant, tam propter turbas, quibus agitabantur, quam quia nemo erat qui ei malo mederetur. Nam *duorum* regum alter nondum certo rex erat ; alter vero Herodes, quod semet vindicatum iverit,Cæsarem iratum habens, omnes contumelias perpeti cogebatur. Cum autem nullum finem videret malorum, qui eum circumsteterant, Romam iterum mittere decrevit, si quid æquius amicorum gratia & precibus apud Cæsarem posset obtinere.

Nicolaus Damascenus ad Cæsarem missus.

Atque istam quidem legationem suscepit Nicolaus Damascenus.

κατεξανασάντες, ϗ λῃσηείοις χρώμενοι μ τ Ἀράβων, οἱ ἐλευλάτην τ ἐκείνων χώραν, ϗκ ἀ'δπὶ ὠφελείας μόνον, ἀλλὰ ϗὶ μνησικακίας χαλεπῶτερον τὰς ἀδικίας ὄντες.

δ'. Ηρώδης δὲ ζῶντα πάντα φέρων ἠνείχετο, μεταβεβληκυίας ἀπ τ παῤῥησίας, ἰὼ εἶχε πρὸ Καίσαρα, b ϗὶ τὸ μεῖζον ἀφῤῥητο ϑ φρονήματος. ὅθ δὲ πέμψαντος αὐ ϖρεσβείαν ἀπολογησομένην ὁ Καῖσαρ ἠνέσχετο, πάλιν δὲ τὺς συνελθόντας ἀϖράκτυς ἀνέπεμψεν. ἰὼ δ' οὖν 'δπὶ τύτοις ἀθυμία ϗὶ δέος, ὅ, τι Σύλλαος ὑ μετρίως ἐλύπει, πιστευθεὶς τε ϗὶ παρὼν ἐ τῇ Ῥώμῃ, τότε δὲ ϗὶ μειζόνων ἀπόμβυος. ὁ μὲ γὰ Οβόδας ἐτεθνήκει, ϖαραλαμβάνει δὲ τὸ τ Ἀράβων ἀρχὸ Αἰνείας, ὁ μετονομασθεὶς Ἀρέτας. τοῦτον γὰ ἐπεχείρει πρωτοπλαγῶς παρωσάμβυος αὐτὸς c ἀναλαμβάνειν τὸ ἀρχεῖ, χρήματα μὲ πολλὰ διδὺς τοῖς ϖρὶ τὸ αὐλικό, πολλὰ δὲ Καίσαρι δώσειν ὑποχνύμβος. ὁ δὲ πρὸ μὲ τ Ἀρέταν 'δπιτείλαντα ϖρότερον αὐ βασιλεύειν ὠργίζετο. πέμπει δὲ κἀκεῖνος 'δπὸ λόγ ϗὶ δῶρα τῷ Καίσαρι, στέφανόν τε χρυσῦν ἀπὸ πολλῶν ταλάντων. ἡ δὲ 'δπὸ λὴ κατηγόρει Σύλλαον ὅτι πονηρὸν δῦλον, Οβόδαν τε φαρμάκοις ἀναιρεθῆναι, ϗὶ ζῶντος ἔτι κρατεῖν αὐτόν, τάς τε τ Ἀράβων μοιχεύοντα, ϗὶ χρήματα δανειζόμβυον, ὡς' ἐξιδιώσασθαι τ ἀρχήν. ϖροσέχειν δὲ ϗδὲ τύτοις ὁ Καῖσαρ, ἀλλ' ἀποπέμπει μηδὲν τ δώρων λαβών. τὰ δὲ ϖρὸ τὸ Ἰβδαίαν ϗὶ Ἀραβίαν, ἀεὶ ϗὶ μᾶλλον ἐπεδίδυ, τὰ μ εἰς ἀταξίαν, τὰ δ' ὡς καταφθειρομβύων μηδένα ϖροῆσθαι. τ γὰ βασιλέων ὁ μ, d ὅπω τὸ ἀρχὴν βεβαίαν ἔχων, ϗκ ἰκανὸς ἰὼ κωλύειν τὺς ἀδικῦντας. Ηρώδης δὲ, ἐφ' οἷς e ἠμιώτο ταχὺν ὀργισθέντος ἀπ Καίσαρος, ἁπάσας τὰς εἰς αὐτὸν ϖροσκομίας φέρειν ἠναγκάζετο. πέρας δ' ϗδὲν ὁρῶν τ ϖροϊεμένων κακῶ, ἔγνω πάλιν εἰς Ῥώμην ἀποστέλλειν, εἴ τι δυνατὸ μετριώτερον εὑρεῖν ἀφ' τε τ φίλων, ϗὶ ϖρὸς αὐτὸν Καίσαρα τὸ σύντυχίαν ποιησόμβος. κἀκεῖ μὲν ὁ Δαμασκηνὸς ἀπῆει Νικόλαος.

XVI. CAP. X. ΚΕΦ. ι'. ιϛ'.

Quomodo Eurycles Herodis filios ad ipsum calumniatus est : utque eos in vincula conjecit pater, & de illis ad Cæsarem scripsit. De Syllæo à Nicolao accusato.

Ὡς Εὐρυκλῆς τὺς Ηρώδε ϖαῖδας διέβαλεν· ϗὶ ὡς ἔδησεν αὐτὺς ὁ ϖατὴρ, ϗὶ τῷ Καίσαρι ϖρὶ αὐτῶν ἔγραψε. ϖρὶ Συλλαίε τ Νικολάε κατηγορηθέντος.

VErum res suæ domi, filiorumque, qui multo magis in ipsum eo tempore exacerbati erant, valde turbari cœperunt. Omnino enim nec jam ante obscurum erat, fortunam malorum, quæ in homines cadunt, maximum & gravissimum regno *ipsius* minatam esse : tunc autem ingruebat & in majus crevit ex hujusmodi causa. Eurycles *quidam*

Eurycles Lacedæmonius.

Lacedæmonius, honesto loco natus, sed homo nequam,voluptatibus & assentationi deditus,ita tamen tecte ut non animadverteretur, cum peregre ageret apud Herodem, multis muneribus

ΕΞεταράχθη δὲ ϗὶ ϖρὸς f οἰκείαν ϗ τὺς ϖαῖδας ἀπ g ϖολὺ χεῖρον ἐσχηκότας χρ τ χρόνον ἐκεῖνον. ὅλως μ γὰ, ϗδὲ τ ἔμϖροσθεν χρόνον h ἀσύνοπτον ἰὼ, ὡς ὅ μέγιστον ϗ δυσερέσκτον τ ἀνθρωπίνων ϖαθῶν i ἠπείληται τῇ βασιλείᾳ διὰ τ τύχης· ἐπέβαινε δὲ ϗ μᾶλλον νυξήθη τότε ϖρὸς τοιαύτην αἰτίαν. Εὐρυκλῆς ἀπὸ Λακεδαίμονος, ϗκ ἄσημος τ ὀνῇ, κακὸς δὲ τ ψυχὴν ἄνθρωπος, ϗ περὶ τρυφὴ ϗ κολακείαν δεινὸς k ἑκατέραν αὐτῶν ἔχειν τε ϗ μὴ δοκεῖν, 'δπιδημήσας ὡς τ Ηρώδην, δῶρά τε δίδωσιν

a Απὸ ὠφιλείας *Hen.* & *Vat.* b Καὶ μᾶζον *Hen.* & *Vat.* c Αναλαμβάνει *Vat.* & *Hen.* à prima manu. d Ο μὲν ἐδέπω τὸ ἀρχ. *Vat.* e Ημιώατο *Busb.* f Οικίαν *Busb.* & *Zonar.* g Πολὺ χεῖρον ἐσχηκότα *Busb.* ϖρὸ τ in cæteris. χεῖρον ἔχει τὰ τ τὺς ϖαῖδας *Zonar.* h Ανύποπτον legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *& licet sine suspicione nunquam fuisset, malum tamen plus justo ex hujusmodi causa prævaluit.* i Απείληται in *Editis* & *MSS.* unde ἠπείληται fecimus. k Cum in *Editis Aliisque* fuerit ἑκατέραν, rescripsimus ἑκατέρων. in *Cod. Vat.* ἑκάτερον.

a Ita

δίδωσιν αὐτῷ, καὶ πλείω πρὸ ἐκείνης λαβὼν, ταῖς εὐχαριστίαις τῶν ἐντεύξεων ἐφαρματεύσατο φίλος ὁ τοῖς μάλιστα γενέσθαι βασιλέως. ἦν δ' αὐτῷ καταγωγὴ μὲν ἐν τοῖς Ἀντιπάτρου, πρόσοδος δὲ καὶ συνήθεια πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον· Ἀρχελάῳ γὰρ ἔλεγεν εἶναι τῷ Καππαδόκι ἀφ' αὑτοῦ. ὅθεν καὶ τὴν Γλαφύραν ὑπεκρίνατο τιμᾶν· καὶ πολὺς ἦν ἀφανῶς μὲν ἐκθεραπεύων ἅπαντας, ἀεὶ δὲ τοῖς λαλουμένοις ἢ γινομένοις προσέχων, ὡς ἐξ αὐτῶν ἀντιχαρίζεσθαι τὰς ἀφροδισίας. τέλος δὲ [a] τοιοῦτος [b] ἐκάστῳ τῶν συντυχίας [c] ἀπέβαινεν, ὡς ἐκείνῳ μὲν τῷ φίλος, τοῖς δὲ ἄλλοις δοκεῖν κατὰ τὸ συμφέρον ἐκείνῳ [d] προσεῖναι. [e] τὸν οὖν Ἀλέξανδρον προσεκτήσατο νέον ὄντα, καὶ περὶ ὧν ἐπεπόνθει μηδενὶ μέν, πρὸς ἐκεῖνον δὲ μόνον ἀδεῶς πεπεισμένον ἐξεῖναι λέγειν· διέφαινεν οὖν ἀχθόμενος ὡς ὁ πατὴρ ἠλλοτρίωτο, καὶ τὰ περὶ τὴν μητέρα διηγεῖτο καὶ τὸν Ἀντίπατρον, ὅτι παρωθούμενος αὐτὸς τῆς τιμῆς τὰ πάντα ἤδη δύναται. τούτων δὲ ἀνεκτὸν οὐδὲν ἔφη, κατεσκευασμένου πρὸς μῖσος ἤδη γε πατρὸς, [f] μηδὲ συμποσίοις μηδὲ συλλόγοις ἀνέχεσθαι, λέγων. τοιαῦτα μὲ ἐκεῖνος, ὡς εἰκὸς, ἐφ' οἷς ἤλγει. τὰς δὲ λόγους Εὐρυκλῆς Ἀντιπάτρῳ τούτους ἀνέφερεν, λέγων μὲν ὡς οὐχ ἕνεκα σοῦ τοῦτ' αὐτὸ ποιεῖν, νικᾶσθαι δὲ ὑπὸ σοῦ νικώμενος τῷ μεγέθει γε θαύματος, καὶ φυλάττεσθαι προσκελεύομαι Ἀλέξανδρον. ὁ δὲ ἀπαθῶς τοῦτο ἔκαστον λέγειν, ἀλλὰ τοῖς ῥήμασιν αὐτοῖς εἰς τὸ αὐτὸ χωρεῖαν. Ἀντίπατρος μὲν οὖν εὐνοϊκὸν ὑπολαμβάνων [g] ὄντα τοῦτον, μεγάλας αὐτῷ παρ' ἕκαστα δωρεὰς ἐδίδου, καὶ τέλος ἤδη πείθει πρὸς τὸν Ἡρώδην ἀναφέρειν τὸν λόγον. ὁ δ' οὐκ εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου δύσνοιαν ἐξ ὧν ἔλεγεν ἀκηκοέναι διηγούμενος [h] ἀπίστανος, ἀλλ' ὅτι διέθηκε τὸν βασιλέα, πρόφασιν ἀεὶ τοῖς ῥήμασι καὶ παροξυσμὸν, ὡς ἀμετάγνωστον ποιήσαι τὸ μῖσος. ἐδήλωσε δὲ καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν καιρόν. εὐθὺς γὰρ Εὐρυκλῆς δίδωσι πεντήκοντα τάλαντα δωρεάν. ὁ δὲ ταῦτα λαβὼν, καὶ πρὸς τὸν Ἀρχέλαον [i] ἀναβὰς τὸν βασιλέα τὸν Καππαδόκων, τὸν Ἀλέξανδρον ἐπῄνει, καὶ χρήσιμος ἔλεγεν αὐτῷ εἰς πολλὰ πρὸς τὰς ἀλλαγὰς τὰς πρὸς τὸν πατέρα γεγενῆσθαι. χρηματισάμενος δὲ καὶ παρ' ἐκείνου, πρὶν καταφρονηθῆναι τῆς κακοηθείας, ἀπῆλθε. Εὐρυκλῆς μὲν οὖν, ὁδὲ ὁ τὴν Λακεδαίμονι παυσάμενος πολεμῶν, ὅτι πολλοῖς ἀδικήμασιν ἀπεστερήθη [k] τῆς πατρίδος.

Β'. Ὁ δὲ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς οὐχ ὥσπερ πρότερον εἶχεν πρός τε τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὸν Ἀριστόβουλον, ἀκούειν μόνον τὰς κατ' αὐτῶν διαβολὰς, ἀλλ' ἤδη διὰ μίσους οἰκείου γεγενημένου αὐτὸς, εἴ καὶ μὴ λέγοι τις, [l] ἐξεργάζετο, πατρῷων ἕκαστα, καὶ πυνθανόμενος, καὶ πᾶσιν ἐπιτρέπων τοῖς βουλομένοις, εἴ τις ἔχοι τι κατ' ἐκείνων εἰπεῖν, Εὐάρατόν τε Κῶον Ἀλεξάνδρῳ συνειδέναι. καὶ τοῦτο μὲν οὖν [m] καθ' ἡδονὴν ὃ πάντων ἥδιστον Ἡρώδης ἐλάμβανεν.

ei datis & majoribus acceptis, urbanitate ſua ſeſe in intimam regis amicitiam inſinuavit. Antipatri quidem hoſpitio utebatur, ad Alexandrum vero itabat, multumque cum eo erat; ut qui ſe Archelao Cappadociæ regi familariſſimum eſſe dictitaret. ideoque Glaphyræ honorem ſe præbere ſimulabat: atque in eo totus erat ut omnes clam coleret, & quæ dicerentur & fierent ſemper obſervabat, ut ita calumniis retineret hominum benevolentiam. Poſtremo id conſequutus eſt, ut, cum ſe in familiaritatem alicujus dedidiſſet, ejus amicus eſſe videretur; quod ſi alium frequentaret, id ejus gratia facere putaretur. Alexandrum itaque, ut juvenem, adeo ſibi conciliavit, ut ei perſuaſerit, ſe tuto poſſe ei querelas de iis quæ paſſus fuerat concredere, id quod alii audebat nemini. Suam igitur vicem dolens ei aperuit, ut pater *ab ipſo* alienatus eſſet, narravitque ei cuncta de matre, itemque de Antipatro, quod is, ipſis ab honoribus repulſis, omnem ſibimet poteſtatem arripuiſſet. Atque iſta haud ferenda eſſe dicebat, præſertim quod pater tantum in eos odium jam conceperat, ut cum ipſis, prout adjiciebat, nec convivia nec colloquia communicare ſuſtineat. Talia quidem ipſi, ut veriſimile erat, dolor ſuggerebat. Hæc autem verba Eurycles Antipatro referebat, dicens quidem, non illius gratia hoc ipſum ſe facere, ſed tanti eſſe momenti rem ut tacere nequeat, quò illi ab Alexandro cavendum eſſe putet. neque enim hæc ſine affectu eum dicere, quin non obſcuram præ ſe ferre nocendi voluntatem. Jam vero Antipater, cum ex iſtis eum ſibi amicum opinaretur, ei ſæpe liberaliter largiebatur: & ad extremum perſuaſit, ut ea referret Herodi. Ille vero, dum ex iis quæ ſe audiviſſe dicebat de Alexandri malevolentia verba faceret, non difficulter fidem inveniebat, atque ita regem affecit, orationis calliditate eum circumagens atque irritans, ut odium inexpiabile *in filium* ſuſciperet. id quod ea ipſa hora oſtendit. nam Eurycli extemplo quinquaginta talenta dedit. Is vero cum iſta accepiſſet, & Archelaum Cappadociæ regem adiiſſet, *ei* laudabat Alexandrum, ſeque ei in componenda cum patre pace magno uſui fuiſſe prædicabat. Hac arte Archelao etiam pecunia emuncto, antequam detegeretur malitia, diſceſſit. Et quidem Eurycles iſte, cum *poſtea* in Lacedæmone improbus eſſe non deſiiſſet, ob multa facinora à patria relegatus eſt.

Eurycles in Herodis & Antipatri & Alexandri amicitiam ſe inſinuat.

Ab Antipatro & Herode muneribus donatur.

Archelao etiam pecuniam extorquet.

2. Judæorum autem rex non ut ante ſatis habebat criminationes adverſus Alexandrum & Ariſtobulum audire: verum etiam tam inteſtino in eos odio flagrabat, ut, ſi nemo criminaretur, ipſe ad criminandum induceret, omnia ſpeculando & explorando; & omnibus, ſi quid contra eos haberent, dicendi poteſtatem faciendo: ac perfecit ut ei referretur, Evaratum Coum cum Alexandro conſpiraſſe. Et hoc quidem omnium libentiſſime audivit Herodes.

Herodes filiis ſit infenſior.

3. Huc

a Τοιοῦτο in *Cod. Gall.* b Ex ἐκείνου *Vat.* c Ita *Vat.* & *Bunb.* ἐπίστασιν in *Editis Aliiſque.* d Προσεῖναι *Bunb.* e Οὕτως Ἀλέξανδρον προσέγνω νέον ὄντα, καὶ περὶ ὧν ἐπεπόνθει μὴ ὡς πατρὸς μόνον μηδενὶ μὲν, σφῶν δὲ οἰκεῖον *Vat.* f Ὡς μηδὲ συμποσίοις ἢ συλλόγοις ἀνέχεσθαι *Vat.* g Illa ὄντα τοῦτον ἐ *Codd. Hen.* & *Vat.* h Πιστὸς *Vat.* i Διαβὰς *Bunb.* k Τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος *Vat.* l Πεπονηρεύετο juxta *Zonaram.* qui hoc ipſum ex *Joſepho* ad hunc modum narrat; Ἡρώδης ἤ τοῦτο ὡς τὰς παῖδας ἐξέφερεν, ὡς μᾶλλον διὰ ταύτην ἀφορμὴν ἐπιτρέπειν τὰ οἰκεῖα, ἐπιτηρεῖν ἤρξατο. m Forſan κατ' ἀνάγκην.

Jucundus & Tyrannus ſe ſolicitatos ab Alexandro, ut inter venandum Herodem interficerent, fatentur.

[a] Εμφανῶς *Bunb.* [b] Πλείστοις in *Editis & MSS.* Primus (inquit *Scaliger* in *Elencho Trihæreſ.*) odoratus eſt *Ortelius* Κίσσους eſſe *Strabonis.* Verum Πολιστῶν malo. Idem enim Πολιστὴς qui Κίσσης. Omnes Scythæ & Thraces antiquitus *Nomades* erant, in planſtris degentes. Primi inter illos φιλοσοφῶντες quidam vicatim & oppidatim cœperunt habitare, qui ab eo Πολιστὴς & Κίσσης dicti: quum tamen Λῶοι, in quorum finibus habitabant, palabundi viverent, quod eorum nomen indicat. Adde quod nimis recederetur à veſtigiis corruptæ lectionis: ſi pro Πλείστοις legamus Κίσσης. Igitur Πολιστῶν veriſimum. Videſis *Tho. Brunonem* in *Diſſert. de Therapeutis*, & *S. Bochartum* ad calcem *Geogr. S.* p. 1042. *Edit. Lugd. Bat.* [c] Ita *Bunb.* & *Epiphan.* Φιλοσόφων in *Editis Aliiſque.* [d] Sic & *Zonaras.* Verum haud ita à *Joſephi* manu fuiſſe ſuſpicor: quod οἷς οἱ τρόφιμοι τοῦ μὲ habeat *Bunb.* & *Epiphanius* vertat, *hujus ſequaces in veſtitu, in habitu, cæteriſque aliis, Phariſæis conſentiunt.* [e] Sic *Bunb.* τ̃ deeſt *cæteris.* [f] Ita reſcripſi ex conjectura. prius erat ἐλάσσονος. [g] Ενταῦθα ἤρξατο τὸ τ̃ Ιουδαίων ἔθνος νοσεῖν ἐξ αἰτίας ἀνοήτου, Γεσσίου Φλώρου ὃ ἡγεμόνος ὡς ἐπὶ κακῷ αὐτοῖς ἐφιέντος καὶ ὕβρεσιν &c. *Zonar.* [h] Is *Annas* dicitur ab *Evangeliſtis* & *Zonara.* [i] Σὶς *Vat.* & *Hen. à pr. m.* Σηθοῖ *Zonar.* [k] Παρ' αὐτῆ *Vat.* & *Hen. à pr. m.* [l] Sc. πρὸς λίμνῃ. [m] Eſt qui malit τ̃ Γαλιλαίας ἀπάσης. [n] Αὐτοκρατορίδα *Vat.* & *Hen. à pr. m.* [o] Τυγχάνει poſt αὕτη addunt *Bunb.* & *Vat.* [p] Male Λιουλιάδα apud *Euſeb.* ut oſtendit *Scalig.* in *Animadv. Euſeb.* p. 169. [q] Ιουλίαν *Bunb.* [r] Videſis *Grotium* ad *Matth.* c. 26. v. 17. [s] Illud ἦν è *Codd. MSS.* & *Epiphanio.* * *Al.* propugnaculum fecit & regiam urbem.

a Vox

τοῖς ϛοαῖς [a] ποιῦν]. [b] δι' ὃ καὶ πάλαι ϑ' ἱερῶ ἔρξαντο, [c] μὴ πρότεροι ὅτι τοιούτοις νομίζοντες, ταύτ' ἄλλα διὰ φυλακῆς [d] μείζονος ἦγον ϑ' ἱεροῦ. ὑ Κοπώνιος μεθ' ὃ πολὺ εἰς Ῥώμην ἐπαναχωρᾷ, διάδοχος δὲ αὐτῷ τ' ἀρχῆς παραγίνε]αι Μάρκος [e] Ἀμβιβίος, ἐφ' ὃ ὑ Σαλώμη ϑ' βασιλέως Ηρώδ'ϑ ἀδελφὴ μεταξᾶσα Ἰουλίᾳ Ἰάμνιάν τε καταλείπᾳ, ὑ τ' τοπαρχίαν πᾶσ[ν. τότε ἐν ᾧ πεδίῳ Φασαηλίδα ὑ Αρχελαΐδα, ἔνθα φοινίκων πλείστη φύτευσις, ὑ καρπὸς αὐτῶν ἄριστος. Διαδέχε]αι δὲ ὑ τοῦτον Αννιος Ῥοῦφος, ἐφ' ὃ δὲ ὑ τελευτᾷ Καῖσαρ, δεύτερος μὲ Ρωμαίων αὐτοκράτωρ γενόμενος, ἐπὶ δὲ ὑ πεντήκοντα τ' ἀρχῆς ἔτη, τοῖς οἷς [f] μῆνες ἕξ, [g] ἡμέραν δυοῖν πλείονες· τοῦτο δὲ αὐτῷ ϑ' χρόνῳ παρεσκεύαζε ἔτη συνῆρξεν Αντώνιος· βιώσας ἔτη ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα. διαδέχε]αι δὲ τῷ Καίσαρι τ' ἡγεμονίαν, Τιβέριος Νέρων, τ' γυναικὸς αὐτῷ Ἰουλίας υἱὸς ὤν. τρίτος οὗτος ἦδη αὐτοκράτωρ, ὑ [h] πεμπτὸς ὑπ' αὐτῷ παρῆν Ιουδαίοις ἔπαρχος, διάδοχος Αννίῳ Ῥούφῳ, Οὐαλέριος Γράτος· ὃς, παύσας ἱερᾶ]α Ἄνανον, Ισμάηλον [i] ἀρχιερέα ἀποφαίνᾳ τ' ϑ' [k] Φαβί. ὑ τοῦτον δὲ μεθ' ὑ πολὺ μεθαφήσας, Ελεάζαρον τ' Ανάνῳ ϑ' ἀρχιερέως υἱὸν ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα. ἐνιαυτῷ δὲ διαλειπομένῳ, ὑ τοῦδε παύσας, Σίμωνι ϕ' [l] Καμίθῳ τ' ἀρχιερωσύνην παραδίδωσιν. ὑ πλέον ὑ τοῦδε ἐνιαυτῷ τ' τιμῆς ἔσχεν διεγένε]ο χρόνος, ὑ Ἰώσηπος, [m] ὁ ὑ Καϊάφας διάδοχος ἦν αὐτῷ. ὑ Γράτος μὲ ϛοῦτα πράξας εἰς Ῥώμην ἐπαναχωρᾷ, ἐνδεκα ἔτη διατρίψας ἐν Ιουδαίᾳ· Πόντιος δὲ Πιλάτος διάδοχος αὐτῷ ἦκεν.

γ'. Ηρώδης δὲ ὁ τετραρχής, ὅτι μέγα γὰρ ἰδ τῷ Τιβερίῳ φιλίας προσελθών, οἰκοδομᾶται πόλιν ἐπώνυμον αὐτῷ Τιβεριάδα, τοῖς κρατίστοις [n] ὑπάκτισας [o] αὐτὴν τῆς Γαλιλαίας, ὅπι λίμνῃ τῇ Γεννησαρίτιδι. θερμαὶ δὲ οὐκ ἄπωθεν [p] ἔνεσι κώμῃ, [q] Αμμαοὺς ὄνομα αὐτῇ· συγκλυδὴς δὲ ᾤκησαν, οὐκ ὀλίγον δὲ καὶ τὸ Γαλιλαῖον ἰδ, καὶ ὅσοι μὲν ἐκ τ' ἔχω' αὐτῷ γῆς ἀναγκαῖοι, καὶ προς βίαν εἰς τ' κατοικίαν ἀγόμενοι, τινὲς δὲ καὶ τ' ἐκ τέλει. ἐδέξατο δὲ αὐτοῖς συνοίκους καὶ τοὺς παντα χόθεν ὑπισυναγομένους ἄνδρας ἀπόρους, ἔστι δ' οὓς μήτε σαφῶς ἐλευθέρους, πολλά τε αὐτοὺς καὶ [r] ὅτι πολλοὺς ἠλευθέρωσε καὶ εὐεργέτησεν, ἀνάγκασμα ϑ' μὴ ἀπολείψειν τὴν πόλιν ὑπιθεὶς, κατασκευαῖς τε οἰκήσεων τελείαις τ' αὐτῶν καὶ γῆς ἀποδόσ], εἰδὼς προσήκοντα ⟨Ϡ⟩ οἰκισμὸν ὄντα, καὶ ἀπὸ τῶν Ιουδαίοις πατρίων, ἀφ' ὃ ὅτι μνήματα πολλὰ τῆδε ἰδ ἀνηρημένοις τ' ἵδρυσιν Τιβεριάδι γένε]αι, μαρτυρᾷ δὲ ὅτι ἑπτὰ ἡμέρας εἰ τοὺς οἰκήτορας εἰσαγορεύει ἡμῖν τὸ νόμιμον.

δ'. Τελευτᾷ δὲ ὑ Φραάτης ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς χ' τοῦτον τ' χρόνον, ὑποβουλῆς αὐτῷ γενομένης ὑπὸ [s] Φραατάκου ϑ' υἱέως, χ' τοιαύτην αἰτίαν. Φραάτης, παίδων αὐτῷ γνησίων γενομένων, Ιταλικῇ παιδίσκῃ, ὄνομα αὐτῇ [t] Θερμοῦσα, ζώσῃ

tum templum: ideoque *eos* omnes, præter ſuam in ejuſmodi feſtivitate conſuetudinem, à templo arcebant, cæteroquin & ſolito majorem fano cuſtodiam adhibuerunt. Non multo autem poſt Coponius Romam revertitur, eique ſucceſſit in prætura M. Ambivius; ſub quo etiam Salome Herodis regis ſoror, vita decedens, Juliæ reliquit Jamniam omnemque toparchiam, & Phaſaëlidem in planitie & Archelaïdem, ubi magna palmarum copia quarum fructus erat præſtantiſſimus. Huic ſucceſſit Annius Rufus, quo prætore mortuus eſt Cæſar *Auguſtus*, ſecundus Romanorum imperator, cum ſeptem & quinquaginta annis imperaſſet, prætereaque ſex menſibus & duobus diebus (quo tempore per quatuordecim annos ei in imperio ſocius erat Antonius) vixiſſetque annos ſeptem & ſeptuaginta. Cæſari autem in imperium ſucceſſit Tiberius Nero, uxoris ejus Juliæ filius. Hic tertius Romanorum imperator, & ab eo poſt Annium Rufum prætor in Judæam miſſus eſt Valerius Gratus: qui Ananum pontificatu privavit, & eum Iſmaëli Phabi filio tribuit. atque hunc non multo poſt abdicavit, & id munus Eleazaro Anani pontificis filio commiſit. uno autem poſt anno, ſacerdotium huic ademptum Simoni Camithi filio tradidit: cumque is dignitatem non ultra anni *ſpatium* tenuiſſet, Joſephus, cui etiam Caïaphæ nomen fuit, ei ſucceſſit. Et Grato quidem, cum in Judæa annos undecim exegiſſet, his actis Romam reverſo, Pontius Pilatus ſucceſſit.

Ambivius Judææ procurator.
Salome moritur.
Annius Rufus procurator.
Auguſti obitus.
Tiberius Nero imperator.
Valerius Gratus procurator.
Iſmaël pontifex.
Simon pontifex.
Joſephus, Caiaphas dictus, fit pontifex.
Pontius Pilatus Judææ procurator.

3. Herodes autem tetrarcha, nam magna ei cum Tiberio amicitia interceſſerat, urbem ædificavit, ab ipſo Tiberiadem appellatam, in parte optima Galilææ poſitam, ad lacum Geneſareth. Thermæ autem non procul in vico ſunt, cui nomen Ammaus. Eamque convenæ habitarunt & quamplurimi ex Galilæa, coactique nonnulli è regione ſub illius imperio & per vim eò ad habitandum deducti, quidam etiam ex optimatibus. Quin & pauperes undique collectos ad incolendum admiſit, & nonnullos qui an liberi eſſent non conſtabat, illiſque numero multis magnas facultates & immunitates dedit, utque tenerentur adſtricti ad degendum in illo oppido, eorum domos *ſuis impenſis* exſtruxit eiſque agros è ſuis aſſignavit, quod ſciret habitationem eſſe Judaïcis legibus moribuſq; repugnantem, propterea quod, ad Tiberiadem collocandam, ſublata fuerant multa, quæ illic erant ſepulchra, cum lex noſtra hujuſmodi incolas pollutos pronunciet in ſeptem dies.

Tiberiadem ædificat Herodes.

4. Sub idem tempus etiam moritur Phrahates Parthorum rex, ex inſidiis illi à Phrahatace filio factis, hujuſmodi de cauſa. Phrahates, cum ei filii eſſent legitimi, ancillam Italici generis, cui nomen Thermuſa, quæ, cum aliis muneribus

Phrahates moritur.

[a] Vox ποιῦντω deeſt *Vat.* & *Hen. à pr. m.* [b] Ita ex conjectura. antea in libris erat, ὑ Ἁγιωτὸς ϑ' ἱερῦ ἤρξατο. in *Epiphanii* verſione, *per templi cunctas porticus & per totum fanum oſſa jaciunt mortuorum, & ex illo cœpit in templo cuſtodia major adhiberi.* [c] Verba iſta, μὴ πρότερον ἐπὶ τοιούτοις νομίζοντες, deſiderantur in *Cod. Busb.* relicta lacuna dimidii verſiculi. nec ea quidem agnoſcit *Epiphan.* [d] Ita cum *Epiphanio.* μειζόνως in *libris.* [e] Eo modo ſane legendum cum *Caſaubono*, vel Ἀμβιβίου. [f] Μῆνες ϛ'. una litera minus malit *Scalig.* in *Animadv. Euſeb.* p. 166. [g] Ita *Busb.* & *Zonar.* ἡμέραν *Cod. Vat.* ut & in *Editis Aliiſque.* [h] Ita cum *Caſaubono.* male antea πέμπτος. [i] Annæor *Euſeb.* & *Chron. Alex.* [k] Βαφὶ *Euſeb.* Βαφεὶ *Chron. Alex.* [l] Καμιθεὶ *Chron. Alex.* [m] Ita cum *Euſeb.* & *Niceph.* ὁ abeſt *Joſephi* libris. [n] Επτεκαίδεκα legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *mœnibus eam firmis fortibuſque circumdans.* [o] Ita *MSS.* & *Epiphan.* αὐτῷ abeſt *Editis.* [p] Εσιν in *Cod. Busb.* [q] *Al.* Εμμαοὺς. in nonnullis *MSS.* Αμμαθὺς. De *Emmaus* videſis *Eud. Cappelli* Spicileg. ad *Luc.* c. 24. v. 13. [r] Ita *MSS.* ἦν abeſt *Editis.* [s] Sic *Busb.* ἀπ' αὐτῷ *Hen.* ἀπ' αὐτῶν in *Editis Aliiſque.* [t] Επι πολλοῖς *Busb.* [u] Φραατάκτε *Vat.* & *Hen. à pr. m.* Φραάτου *Busb.* & *Epiphan.* [x] Ita ex *Epiphanii* libris. Θιερμοῦσα in *Græcis.*

Thermuſæ dolo & inſidiis Phrahataces regnum occupat.

neribus ei à Julio Cæſare miſſa erat, primum quidem pro concubina habuit; captus vero formæ illius pulchritudine, aliquanto poſt tempore etiam filio ex ipſa Phrahatace ſuſcepto, eam in matrimonium duxit & honoravit. Illa quidem cum univerſa quæ diceret regi perſuaderet, & modis omnibus ageret ut Parthorum regnum filio adſtrueret, nihil ſe effecturam intellexit, niſi viam aliquam excogitaret ad ſubmovendos legitimos Phrahatis filios. Perſuaſit igitur marito ut filios legitimos Romam obſides mitteret. Et illi quidem, nam haud facile erat regi Thermuſæ voluntati morem non gerere, Romam mittuntur. Phrahataces autem, qui ſolus ad res adminiſtrandas educatus erat & *inſtitutus*, moleſtum ſibi reputabat & longum fore, donec regnum à patre traditum acciperet. quo fit ut inſidias patri paraverit, matre eum adjuvante, cum qua rumor erat eum ſtupri conſuetudinem habere. Itaque cum pro utroque in odium veniſſet, ſubditis inceſti cum matre flagitium nihilo minus parricidio habentibus, priuſquam magnis viribus auctus eſſet facta ſeditione regno pulſus eſt, atque ita interiit. Cum autem Parthorum nobiliſſimi in eo inter ſe conſenſiſſent, ſine rege rempublicam adminiſtrari non poſſe, & è *regio* Arſacidarum ſanguine eſſe debere qui regnarent (alios enim imperare haud fas eſſe, ſatiſque habere contumeliarum quas ſæpius & hucuſque pertulit regnum, ex nuptiis cum Italica concubina factis liberiſque inde ortis) Orodem per legatos acciverunt, ut qui è genere regio, quamvis alias populo inviſus culpæque affinis ob immanem ejus crudelitatem, quippe ingenio intractabili & ad iram proclivi. Igitur & hunc quidem, inita conjuratione, interemerunt, ut nonnulli tradunt, inter libationes & epulas, nam moris eſt omnibus gladios geſtare, ut vero plerique dicunt, cum ad venationem eum prolicuiſſent. Itaque legatione Romam miſſa, in regem petierunt unum ex obſidibus: mittiturque Vonones, cæteris fratribus prælatus. videbatur enim iſti fortunæ ſufficere, quam ei duo maxima in terris offerebant imperia, ſuum & externum. Sed brevi barbarorum animos ſubiit conſilii mutatio, ut qui natura infidi *verſatileſque*, præſertim cum factis ſuis indigna accipiant. dedignabantur enim facere quæ alienum mancipium imperaret, ita vocantes obſidem, & iſta appellatione exaggerantes ignominiam. non enim jure belli datum eſſe qui Parthis imperitaret, ſed, quod multo pejus, per pacis contumeliam. Confeſtim autem mittunt qui Artabanum accirent in Media regnantem, genere Arſacidem. Illi perſuadetur, & cum exercitu venit. Cui Vonones occurrit; & cum primum quidem plerique Parthorum ab ipſo ſtetiſſent, prælio Artabanus victus in Mediæ montes fugam capeſſit: & non multo poſt magno coacto exer-

Phrahataces regno pulſus.

Orodes, evocatus ad regnandum, non multo poſt occiditur.

Vonones Roma miſſus ad imperandum.

Qui cum Parthis diſpliceret, Artabanus accitur.

τοῦ Ἰουλίου Καίσαρος μετ' ἄλλων δωρεῶν ἀπεσταλμένη, τὸ μὲν πρῶτον παλλακίδι ἐχρῆτο· καταπλαγεὶς δὲ ταῖς πολλαῖς τῆς εὐμορφίας, προϊόντος χρόνου καὶ παιδὸς αὐτῇ ἐκ Φραατάκου γενομένου, γαμετήν τε ἀνθρωπον ἀποφαίνει καὶ τιμᾶσι. καὶ γὰρ ὅπῃ πᾶσιν οἷς εἶπεν πιθανὴ ἦν Βασιλεῖ γενέσθαι, καὶ αὐτοῦ ὄντα ἐκ αὐτῆς παιδὶ γενέσθαι τῶν Πάρθων ἡγεμονίαν, ἑώρα μὴ ἄλλος γνησιωμένου μὴ ἀποσκῆπτῃ αὐτῇ μηχανηθείσης τὸ γνήσιον τοῦ Φραάτου παίδων. πέμπει οὖν αὐτὸν ἐκπέμπειν εἰς Ῥώμην ἐφ' ὁμηρείαν τοὺς γνησίους παῖδας. καὶ ὅτοι μέν, ὁ γὰρ ἀντιφέρειν εὔπορον Φραάτῃ τοῖς Θερμούσης ἐπιτάγμασιν, ὅπῃ τὸ Ῥώμης ἐξεπέμποντο. Φραατάκης δὲ μόνος ὅπῃ τοῖς πρόσταγμασι τρεφόμενος, δεινὸν ἡγεῖτο καὶ ἅμα χρόνιον τοῦ πατρὸς διδόντος τὴν ἀρχὴν λαμβάνειν. ὥστε ἐπιβουλεύει τῷ πατρὶ συμπράξει τῆς μητρός, ἣ δὴ καὶ συνήειαν λόγος. καὶ δι' ἀμφότερα μισηθείς, [b] ὡς δὲν ἦσαν τῆς πατροκτονίας τὸ μίσος τῆς μητρὸς ἐρωτικῶς πεπεμμένον τῶν ὑπηκόων, ταῖς πρώταις ἐπιβὰς τῶν πραγμάτων, καὶ ὅπως δύνασθαι συμφρονήσαντες δὲ οἱ γενναιότατοι Πάρθων, ὡς ἀβασιλεύτοις μὲν ἀμήχανον πολιτεύεσθαι, [c] οἱ δὲ βασιλεύοντες ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀρσακιδῶν, ὃ γὰρ ἐτέροις ἄρχειν νόμιμον, ἀπέχρη δὲ πολλάκις καὶ μέχρι νῦν πειθαρχεῖσθαι τὴν βασιλείαν ἐκ τε γάμων τῆς Ἰταλικῆς παλλακίδος καὶ γενέσεων, Ὀρώδην ἐκάλεσαν ἀποστέλλοντες, [d] ὃν δ' ἂν ἄλλως μὲν ἐπίφθονον ὄντα τῷ πλήθει καὶ ἐπαχθῆ καὶ ἐπαχθολὰς ὠμότητος, πάντα γὰρ ἦν σκαιὸς καὶ σπουδάστος εἰς ὀργήν, ἅτε δὴ ὢν ἐκ τοῦ γένους [e] Ἀρσακιδῶν. τοῦτον μὲν δὴ συσσάντες [f] ἀπεκτείνυσιν, ὡς μέν ἔνιοι φασιν, ἐν συνδείπνοις καὶ πανηγύρεσι, μαχαιροφορεῖν γὰρ ἔθος ἅπασιν, ὡς δὲ ὁ πλείων κατέχει λόγος, εἰς θήραν προσαγαγόντες. πρεσβεύσαντες δὲ εἰς Ῥώμην, ἠτοῦντο βασιλέα τῶν ὁμηρευόντων· καὶ πέμπεται Βωνώνης προκριθεὶς τῶν ἀδελφῶν. ἐδόκει γὰρ χωρεῖν τῇ τύχῃ, ᾧ ἅπαξ δύο μέγιστα τῶν ὑπὸ ἥλιον ἡγεμονίαν προσέφερεν, ἰδίᾳ καὶ ἀλλοτρία. ταχέως δὲ ἀνατροπὴ τοὺς βαρβάρους ἔπεισεν, ἅτε καὶ σφαλεροὺς φύσει ὄντας, πρός τε τὴν [g] ἀναξιοπάθειαν. ἀνδραπόδων γὰρ ἀλλοτρίων ποιησαμένους τὸ προσασσόμενον [h] οὐκ ἠξίουν, τὴν ὁμηρείαν ἀντὶ δουλείας ὀνομάζοντες, καὶ τῆς ὑπερβολῆς τὴν ἀδικίαν. ὃ γὰρ ἂν πολέμῳ δικαίῳ δεδόσθαι τὸν βασιλεύσοντα Πάρθοις, ἀλλὰ, ὃ τῷ παντὶ χεῖρον, εἰρήνης ὕβρει. ὅθεν χρῆμα δὴ ἐκάλουν Ἀρτάβανον Μηδείας βασιλεύοντα, γένος Ἀρσακιδῶν. πείθεται δὲ Ἀρτάβανος καὶ μετὰ στρατιᾶς ἔπεισιν. ὑπαντιάζει δὲ αὐτὸν Βωνώνης. καὶ τὸ μὲν πρῶτον συμφρονήσαντος ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Πάρθων, παραταξάμενος, [i] ἡττηθεὶς φεύγει πρὸς τὰς ὄρεις τῆς Μηδείας Ἀρτάβανος· καὶ μετ' οὐ πολὺ συναγαγὼν πολλὴν στρατιὰν,

a Σισσεῦ pro Ἰουλίου reponendum cenſet *Bucherius* in *Belgio Rom.* p. 12. b Ita cum *Cod. Buſb.* ἐρωτικῶς πεπεμμένων etiam habet *Vat.* ὃν δὲν ἦσαν ὡς τὸ πατροκτονίας τὸ μίσος, τὸ μητρὸς ἐρωτικῶς πεπεμμένων in *Editis*. c Οἱ δὲ βασιλεύοντες *Vat.* & *Hen.* in *Epiphanii* verſione, *caperunt inſpicere quiſnam illis ex genere Arſacidarum fieret imperator.* d In *Hen.* ὃν δ' ἂν ἄλλως. in *Vat.* ὃν δ' ἂν ἄλλως. unde reſcripſi ὃν δ' ἂν ἄλλως. in *Editis* ἢν ἢ κὴ ἄλλως, & mox ἐπίφθονος & ὑπαίτιος, pro quibus ἐπιφθονεῖ & ὑπαίτιον ſubſtitui è *Codd. Buſb.* & *Hen.* e Vocem Ἀρσακιδῶν inſertam dedi è *Cod Buſb.* f Ἀποκτείνυσιν *Hen.* & *Vat.* g Ἀξιοπάθειαν *Buſb.* Aliter legiſſe videtur *Epiphanius*, qui vertit, *ſiquidem ſunt etiam natura mutabiles, manſuetudinem itaque ejus caperunt contemnere, indignum putantes ut ſervo ſubjicerentur alieno.* h Illud ἂν, ut ſenſus conſtaret, inſerui, favente *Epiphanio*, ut videre eſt ex ejus verſione jam allata. Si quis malit ἀπηξίουν, per me licet. i Νικᾷ κὴ φεύγει *Vat.* forſan pro νικᾶται κὴ φεύγει.

a Δόξης

γραπὰν, συμβάλλει τῷ Βονώνῃ, καὶ νικᾷ, καὶ Βονώνης εἰς Σελεύκειαν ἀφικπάζεται σὺν [a]ὀλίγοις τοῖς περὶ αὐτόν. Ἀρτάβανος δὲ πολλῇ τῇ προθυμίᾳ φόνου ἐργασάμενος, ὑπὲρ ἐκπλήξεως τ βαρβάρων, πρὸς Κτησιφῶντα μετὰ τῆς πλήθους ἀναχωρεῖ. καὶ κεῖνος μὲν [b]ἐβασίλευεν ἤδη [c]Πάρθοις. Βονώνης δὲ εἰς Ἀρμενίαν ὑφικπίπτει. καὶ καταρχὰς μὲν ἐφίετο τῆς χώρας, καὶ τοὺς Ρωμαίους ἐθεράπευεν. ὡς δὲ αὐτὸν Τιβέριος μὲν ἀπεῖπε, τούς τε τῶν ἀνανδρίᾳ καὶ τῇ Πάρθῳ τὰς ἀπειλὰς· ἀναθεσπεύει γὰρ δὴ πόλεμον ἀνατεινόμενος, μηχανὴ δὲ ἄλλη ἑτέρα βασιλείας ὁδεμία, καὶ γὰρ οἱ περὶ Νιφάτην δυνατοὶ τ Ἀρμενίων Ἀρταβάνῳ προσῆλθον· παραδίδωσιν αὐτὸν Σιλάνῳ τῷ τῆς Συρίας στρατηγῷ. καὶ κεῖνος μὲν κατὰ αἰδῶ τῆς τοῦ Ρώμῃ κομιδῆς οὐ Συρίᾳ παρεφυλάττετο· τῷ δὲ Ἀρμενίαν Ὀρώδῃ δίδωσιν Ἀρτάβανος, ἑνὶ τ ἑαυτοῦ παίδων.

ε'. Τελευτήσει δὲ καὶ ὁ τῆς Κομμαγηνῆς [d]βασιλεὺς Ἀντίοχος, [e]διέφερε δὲ τὸ πλῆθος τοῖς γνωρίμοις, καὶ πρεσβεύουσιν ἀφ' ἑκατέρου μέρους, οἱ μὲν δυνατοὶ μεταβάλλειν τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας εἰς ἐπαρχίαν ἀξιοῦντες, ὁ πλῆθος δὲ βασιλεύεσθαι κατὰ πάτρια. ᾧ ψηφίζεται ἡ σύγκλητος Γερμανικοῦ πέμπειν διορθώσοντα τὰ κατ' ἀνατολήν, προσμαθομένης [f]αὐτῷ δὲ τύχης εὐκαιρίαν τοῦ θανάτου. ᾧ δὲ γενόμενος [g]κατ' ἀνατολὴν, ᾧ πάντα διορθώσας, ἀνῃρέθη φαρμάκῳ ὑπὸ Πίσωνος, καθὼς οἱ ἄλλοι δεδήλωνται.

citu cum Vonone congreditur, eumque ſuperat, ita ut Vonones cum paucis è ſuis equitibus in Seleuciam fugeret. Artabanus autem magna cæde graſſatus in fuſos fugatoſque, quod animis conſternati erant barbari, cum copiis ſuis Cteſiphontem ſe recipit. Et ille quidem jam Parthis imperabat. Vonones autem fuga in Armeniam dilapſus, & ſtatim quidem *ut eò venerat* regionis imperium affectavit, Romamque legatos miſit: ut vero repulſam paſſus eſt à Tiberio, & propter ipſius ignaviam & Parthi minas (nam per legatos ſe bellum illaturum minatur, via enim alia ad regnum conſervandum nulla erat, nam potentiores Armeniorum Niphatem accolentes Artabano ſe adjunxerunt) ſemet Silano Syriæ præſidi dedidit. Atque ille quidem eum utpote Romæ educatum reveritus apud ſe in Syria aſſervabat: Armeniam autem Orodi uni è filiis ſuis tradit Artabanus.

Venones ab Artabano fuſus fugatuſque.

Silano Syriæ præſidi ſe tradit.

5. Ea tempeſtate moritur etiam Antiochus Commagenæ rex: & contentio orta eſt inter plebejos & nobiles, ita ut utraque pars legationem Romam mitteret, proceribus quidem regnum in provinciæ formam redigi poſtulantibus, plebe vero patrio more regum imperio ſubjici. quapropter Germanicus ex Senatuſconſulto ad componendum Orientis ſtatum mittitur, fortuna occaſionem quærente illius exitio. Nam cum in Oriente eſſet, & res illic compoſuiſſet, Piſonis *miniſterio &* opera veneno ſublatus eſt; ſicuti alibi memoratum eſt.

ς'. ΚΕΦ. γ'. CAP. IV. IV.

Στάσις Ιουδαίων πρὸς Πόντιον Πιλάτον. περὶ Χριστοῦ. οἷά τε συνέβη Παυλίνῃ καὶ Ιουδαίοις ἐν Ρώμῃ.

Judæorum contra Pilatum ſeditio. de Chriſto. & quænam acciderunt Paulinæ & Judæis Romæ.

Πιλάτος δὲ, ὁ τ Ιουδαίας ἡγεμών, στρατιὰν ἐκ Καισαρείας ἀγαγὼν, καὶ μεθιδρύσας χειμαδίῳ ἐν Ιεροσολύμοις, ὅτι καταλύσῃ τ νόμων τ Ιουδαϊκῶν, [h]εἰσέφρησε προτομὰς Καίσαρος, αἳ [i]ταῖς σημαίαις προσῆσαν, εἰσαγόμενος εἰς τ πόλιν, εἰκόνων ποίησιν ἀπαγορεύοντος ἡμῖν τ νόμου. ᾧ διὰ τοῦτο οἱ πρότερον ἡγεμόνες ταῖς μὲν μὴ τοιούτοις κόσμοις σημείαις ἐποιοῦντο εἴσοδον τῇ πόλει. πρῶτος δὲ Πιλάτος, ἀγνοίᾳ τ ἀνθρώπων διὰ τὸ νύκτωρ γενέσθαι τὴν εἴσοδον, ἱδρύεται τὰς εἰκόνας φέρων [k]εἰς τὰ Ιεροσόλυμα. οἱ δὲ ἐπεὶ ἔγνωσαν τὸν πληθὺν παρῆσαν εἰς Καισάρειαν, ἱκετεύοντες ποιήσασθαι τὰς εἰκόνας. καὶ μὲν συγχωροῦντος διὰ τὸ [l]εἰς ὕβριν Καίσαρι φέρειν, ἐπεὶ πρὸ ἓξ ἡμερῶν λιπαροῦν, τὴν ἑβδόμην ἡμέραν οἱ ὅπλοις ἀφανῶς ἐπικαθίσας ὁ στρατιωτικὸν, αὐτὸς ὅτι ὁ βῆμα ἦκε· ὁ δὲ οἱ ᾧ σταδίῳ καλεσκόμενος, ὅθεν ἀπέκρυπτε τ ἐφεδρεύουσα στρατόν.

Pllatus autem Judææ prætor, cum exercitum è Samaria eduxiſſet & Hieroſolyma in hyberna tranſtuliſſet, ut Judaïcas leges aboleret, Cæſaris effigiem in militaribus ſignis *depictam* curavit intra urbem inferendam, cum lex imagines habere nos vetet. quam ob cauſam ejus deceſſores prætores ſoliti erant in urbem intrare cum ſignis quæ hujuſmodi carerent ornamentis. ſed Pilatus primus, ignorante populo, quippe noctu facto introitu, illatas imagines Hieroſolymis ſtatuit. Quam rem ubi populus reſcivit, magno agmine Cæſaream profecti ſunt, Pilatumque per multos dies orarunt, ut eas imagines aliò transferre vellet. illoque non concedente, utpote quod ea re Cæſari fieret contumelia, poſtquam illi eum urgere non deſinebant, die ſeptimo, cum milites occulte armaſſet, *ipſe* ſuggeſtum in circo factum conſcendit: quæ res collocatum in inſidiis exercitum tegebat. Cumque

Pilatus Cæſaris effigiem in urbem inferr.

Inde oritur tumultus.

a Λίγοις *Buſb.* forſan pro λόχοις. b Ita *Hen.* & *Vat.* ἐβασίλευεν in *aliis.* c Πάρθοις *Buſb.* d Vocem βασιλεὺς repoſui è *MSS.* & *Epiphanio.* e Διέφερε *Gall.* & *Buſb.* διέτριβε *Vat.* & *Hen.* f Ita è *MSS.* αὐτῷ in *Editis.* g Κατὰ τὴν ἀνατολὴν *Vat.* h Εἰσέφρησε *Buſb.* & *Gall.* forſan pro ἐφέρησε. ipſe, ſenſu ita poſtulante, mutavi εἰσφρῆσαι *Editorum Aliorumque* in εἰσέφερεν. *Lambecius* (in *Commentariorum* l. VIII. p. 19.) μεθιδρύσας pro καθιδρύσας reponit, & quæ ſequuntur hoc modo diſtinguit & interpretatur, χειμαδιῶσαι τὸ Ιερ. ἐ. κ. τ. ν. τ. Ιουδ. εἰσφρῆσαι, προτομὰς αἳ τ. σ. προσῆσαν εἰσαγόμενος εἰς τὴν πόλιν· εἰκόνων π. ἐπ. ᾧ τ. νόμ. ᾧ δ. τ. ἐ. π. ἡγ. τ. μ. μ. τ. κ. σ. ἐ. ἐ. τ. πόλιν· πρῶτος δὲ Π. *Cæterum Pilatus,* Judææ *procurator, exercitum Cæſarea adducens, eumque inſidioſe ſtudens cum everſione legum Judaicarum Hieroſolymis hybernatum immittere; utpote imagines Cæſaris, quæ militaribus ſignis adjunctæ erant, in urbem introducens (cum tamen noſtra lege cautum ſit, ne hujuſmodi faciamus imagines, ideoque omnes qui ante eum fuerunt procuratores cum ſignis militaribus abſque tali imaginum ornatu urbem ingreſſi fuerint) primus ille, ignaris omnibus, quia noctu introitus fieret, illatas imagines Hieroſolymis ſtatuit.* i Ita reſcripſi cum *Cod. Buſb.* τοῖς σημείοις in *Editis Aliiſque.* k Ὡς τὰ Ιεροσόλυμα *Buſb.* l Ita *Baſ. Buſb.* & *Hen. à ſecunda manu,* quo fere modo τοῦτο πρὸς πολλῶν ἀδικίαν σου εἶσον apud *Platonem.* Διὰ τὸ ὕβριν in *Ed. Gen.* διὰ τὸ μὴ εἰς ὕβριν *Vat.* & *Hen. à pr. m.* Legi poteſt, Διὰ τὸ ὕβριν Καίσαρι εἰσφέρειν.

a Καὶ

Cumque Judæi eadem rurſus ab eo flagitarent, ſignum militibus dedit, ut eos circumſiſterent, eiſque præſentem mortem minatus eſt, niſi quieti domum diſcederent. At illi humi procumbere, detectiſque cervicibus dicere, ſe longe mori malle, quam ut auderent quidquam contra legum ſapientiam committere. Atque *Pilatus imagines Cæſaris ſubmovet.* Pilatus, animorum conſtantiam & firmitatem in legibus conſervandis miratus, imagines è veſtigio Hieroſolymis Cæſaream referri juſſit.

Aquam Hierosolyma inducturus ſeditionem concitat. 2. Tentavit etiam *Pilatus* aquam derivare Hieroſolyma, idque ſacrarum pecuniarum impenſis, petito fontis capite ducenteſimo ab urbe ſtadio. Sed Judæis diſplicebat quod circa aquam fecerat: coïveruntque hominum multa millia, qui vociferarentur ut ab inſtituto deſiſteret; nonnullis etiam, id quod in turba promiſcua fieri ſolet, convicia & contumelias homini dicentibus. Itaque ille magnum militum numerum habitu Judaïco, qui occultas ſub veſte ſicas ferrent, miſit in locum unde poſſent circundare Judæos; deinde Judæis ut ſe inde reciperent imperavit. Cumque Judæi conviciis eum petere inciperent, ſignum quod convenerat militibus dat: illi vero longe atrocius, quam juſſerat Pilatus, quietos æque ac ſeditioſos caſtigarunt. Iſti autem de pertinacia nihil recedebant: adeo ut, inermibus inclementer acceptis ab armatis eos adorientibus, multi ex illis hoc modo perierint, alii ſaucii diſceſſerint. Atque ita compreſſa eſt *hæc* ſeditio.

Magna Judæorum ſtrages.

Illuſtre de Jeſu Chriſto teſtimonium. 3. Eo etiam tempore fuit Jeſus, vir ſapiens, ſi tamen virum eum appellare fas eſt. Fuit enim *mirabilium operum effector, magiſter hominum qui verum cum voluptate accipiunt: multoſque Judæos, multos item † Gentiles ad ſe *pellexit. Hic erat Chriſtus. quem cum Pilatus, ab hominum noſtrorum primis delatum, crucis ſupplicio addixiſſet, eum tamen amare non deſierunt, qui primum amaverant. Apparuit enim eis tertio die redivivus, divinis vatibus & hæc & mille alia de eo miranda effatis. atque ab eo denominata Chriſtianorum natio durat uſque ad hunc diem.

4. Circa eadem tempora etiam mali quiddam aliud Judæos perturbavit, Romæque accidit ut in fano Iſidis res ageretur, *ſumma* cum turpitudine conjuncta. Primum igitur facinus in Iſiacis commiſſum memorabo, ac tum

Sacra Iſidis fœdantur.

πάλιν δὲ τ῀ Ιουδαίων ἱκετείᾳ χραμένων, ἀπὸ συνθήματος ϖεισήσας τὺς γραπώτας, ἠπείλῃ θανάτῳ ὀπιθήσῃ ζημίᾳ ἐκ ϑ῀ ὀξέως, εἰ μὴ παυσάμθνοι θορυβεῖν ὅθι τὰ οἰκεῖα ἀπίοιεν. οἱ δὲ πρωεῖς ῥίψαντες ἑαυτύς, ἡ [a] γυμνᾶντες τὰς σφαγὰς, ἠδοιῇ [b] δεξαῖς τ῀ θανάτου ἔλεγον, ἢ τολμήσῃ τ῀ σοφίαν ϖαραβήσεσθαι τ῀ νόμων. καὶ Πιλάτος, θαυμάσας ὅ ὀχυρὸν αὐτῶν ὅθι φυλακῇ τ῀ νόμων, ϖροσέχρημα τὰς εἰκόνας ἐκ τ῀ Ιεροσολύμων ἐπανεκόμισεν εἰς Καισάρειαν.

β'. Ὑδάτων δὲ ἐπαγωγὴν εἰς τὰ Ιεροσόλυμα ἔπραξε, δαπάνῃ τ῀ ἱερῶν χρημάτων, ἀναλωθὲν τ῀ ἀρχὴν ὄρυγματος, ὅσον ἀπὸ διακοσίων σταδίων. οἱ δὲ, ὐκ ἠγάπων τοῖς ἀμφὶ τὸ ὕδωρ [c] γραμένοις, πολλαί τε μυριάδες ἀνθρώπων συνελθόντες καταβόων αὐτ῀, ϖαύσασθαι τ῀ ὅθι τοιούτοις ϖροθυμουμένου· τινὲς δὲ καὶ λοιδορίᾳ χρώμενοι [d] ὑβριζον εἰς τ῀ ἄνδρα, οἷα δὴ φιλεῖ ϖάσχειν ὄμιλος. ὁ δὲ, στολῇ τῇ ἐκείνων πολὺ πλήθος γραπτῶν [e] ἀμπεχόμενον, οἱ ἐφέροντο σκυτάλας ὑπὸ ταῖς στολαῖς, διακρύψας εἰς ὃ ϖροείλοιεν αὐτύς, αὐτὸς [f] ἐκέλευσεν ἀναχωρεῖν. τ῀ δὲ ὁρμηκότων εἰς τὸ λοιδορεῖν, ἀποδίδωσι τοῖς γραπτοῖς ὃ ϖροσυνέκειτο σημεῖον. οἱ δὲ καὶ πολὺ μειζόνως, ἢ ὅσ ἐπέταξε Πιλάτος, ἐχρῶντο πληγαῖς, τύς τε θορυβοῦντας ἐν ἴσῳ ϑ῀ μὴ κολάζοντες. οἱ δὲ εἰσέφεροι ὅ μαλακὸν ὑδὲν, ὥστε ἄοπλοι ληφθέντες ὑπ' ἀνδρῶν ἐκ ϖαρασκευῆς ὁπλιζομένων, πολλοὶ μὲ αὐτῷ ζώντι ϑ῀ ἀπέθνησκον, οἱ δὲ ϑ῀ τραυματίαι ἀνεχώρησαν. καὶ ὕτω ϖαύεται ἡ στάσις.

γ'. [g] Γίνε῀ δὲ [h] κτ' τοῦτον τ῀ χρόνον [i] Ιησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, [k] εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν ϑ῀ ϖαραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων [l] τ῀ ἡδονῇ ταληθῆ [m] δεχομένων· ϑ῀ πολλοὺς μὲ [n] Ιουδαίους, πολλοὺς δὲ [o] ϑ῀ ὅ Ελληνικ῀ ἐπηγάγετο. [p] ὁ Χριστὸς ὗτος ἦν. ϑ῀ αὐτὸν ἐνδείξῃ τ῀ πρώτων ἀνδρῶν ϖαρ' ἡμῖν, σταυρῷ ὑπιθεμένου Πιλάτου, ὐκ [q] ἐπαύσαντο οἵπερ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. ἐφάνη ϑ῀ αὐτοῖς τρίτην [r] ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τ῀ θείων προφητ῀ [u] ζώντα τε ϑ῀ ἄλλα [x] μυρία θαυμάσια περὶ αὐτ῀ [y] εἰρηκότων. [z] εἰς ἔτι νυῦ τ῀ Χριστιανῶν [a] ἀπὸ τ῀δε [b] ὠνομασμένων ὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

δ'. Καὶ ὑπὸ [c] τὺς αὐτὺς χρόνους, ἕτερόν τι δεινὸν ἐθορύβ῀ τὺς Ιουδαίους, ϑ῀ περὶ ὅ ἱερὸν τ῀ Ισιδος ὅ ἐν Ρώμῃ πράξεις αἰσχιῶν ὐκ ἀπηλλαγμέναι συντυχάνουσι. ϑ῀ πρότερον ϑ῀ τ῀ Ισιακ῀ τολμήματος μνήμην ϖοιησάμενος, [d] ὅτι μεταδιδ῀

[a] Καὶ γυμνώμενοι ϖρὸς σφαγὰς Busb. [b] Ita MSS. δεξιᾷ in Editis [c] Χρωμένοις in aliquot MSS. [d] Ὑβρίζειν Vat. & Hen. 2 pr. m. [e] Αμπισχόμενον Busb. [f] Εκέλευεν Busb. [g] Γίνεται δὲ Busb. & MS. Iſidori Peluſiotæ Cæſareus, quod probat Lambecius, ita ut verborum ſenſus ſit, *Fuit porro circa hoc tempus* &c. Sic enim teſtimonium hoc de Chriſto cum præcedente narratione optime ac convenientiſſime connectitur. Tolerari tamen hîc poteſt etiam particula ϑ quia & hæc uſurpatur pro δὲ. [h] *Aliis* κατ' ἐκεῖνον τ῀ χρόνον, & κϑ τ῀ καιρὸν τοῦτον. [i] Ιησοῦς τις *Euſebio* in *Hiſt. Eccl.* l. 1. c. XI. [k] Verba illa, ὄγε ἀνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, agnoſcunt noſtri *Codd* omnes, tam *Latini* quam *Græci*. Itaque *Voſſius* in *Chronol. S.* c. 17. (quod in uno ejus *exemplari Latino* deſiderentur) ſine ratione ſuſpicatur ab aliena manu acceſſiſſe. [l] Ita in *pleriſque libris*, & hîc loqui amat *Joſephus*, ut paulo ſupra, v. 5. & alibi. τ῀ σὺν ἡδονῇ *Busb.* & *Euſeb.* in H. E. τ῀ εὐ ἡδονῇ *Cedren.* omittuntur ab *Euſeb.* in *Dem Evangel.* [m] Σεβομένων *Euſeb.* in *D. E.* [n] Τῶν Ιουδαίων in *Euſeb. H. E. Nikeph.* & *Suid.* probante *Iſ. Voſſio.* τῶ Ιουδαικῶ *Euſeb* in *D. E.* [o] Ita *Busb Hen. Vat. Iſidor. Suid.* & *Zonar.* ϑ῀ Ελληνικῶ *Baſ.* & *Euſeb.* in *D. E.* ϑ῀ ἀπὸ ϑ῀ Ελλ. *Euſeb* in *H. E.* ϑ῀ ἀπὸ τῶ Ελληνισμῶ *Niceph.* quod cæteris præfert *Iſ. Voſſius.* πολλοὺς γὰρ ϑ῀ ἀπὸ Ελλήνων ἠγάγετο Χριστὸς *Niceph.* [p] Sc. ὁ λεγόμεν@ Χριστὸς. Sic enim *Pilatus* dixit, τὸν ἐν ποιήσει Ιησοῦν τ῀ λεγόμενον Χριστὸν. *Hieronymus* vertit, *& credebatur eſſe Chriſtus*, unde, ϑ῀ ἐπιστευτο εἶναι Χριστὸς à *Joſephi* manu fuiſſe exiſtimat *Voſſ.* [q] Εξεπαύσαντο *Euſeb.* in *H. E.* quem ſequitur *Voſſ.* [r] Οι τὸ πρῶτον *Busb.* & *Suid.* probante *Voſſio.* [s] Ita lego cum *Cod Busb.* & *Euſeb.* in *H. E.* & in *D. E.* aſſentiente *Voſſio.* cæteris deeſt αὐτὸν. [t] Vox ἔχων abeſt *Euſebio* in *D. E.* [u] Ita *Busb. Iſidor. Euſeb.* in *H. E.* & *D. E.* ζῶντα δ' ἄλλα &c. in *Editis Joſephi Aliiſque* ταῦτα ϑ῀ ἄλλα μαρτυρήσαντων ϖερὶ αὐτῦ θαυμάσια δ' εἰρηκότων *Cedren.* [x] Vocem μυρία omittendum cum nonnullis cenſet *Voſſius.* qui mox etiam cum illis mutato ordine legit ϖερὶ αὐτῦ θαυμάσια εἰρηκότων. [y] Προεφητεύσαν ſolus *Hen.* [z] Ita *Busb Euſeb.* in *H. E. Niceph.* & *Zonar.* εἰς τε νῦν in *Editis Joſephi Aliiſque.* ὀφθεὶς εἰς ἔτι νῦν *Euſeb.* in *D. E.* [a] Ἀπὸ τῶδε ϑ῀ χρόνου ὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον *Euſeb.* in *D. E.* cæteris omiſſis. Verum plura verba in ſuo codice habuiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *ſed & in hodiernum Chriſtianorum, qui ab ipſo nuncupati ſunt, & nomen perſeverat & genus.* [b] Ita *Hen.* & *Vat* ὀνομασμένων *Aliis.* [c] Τὺς ϑ῀ αὐτὺς *Busb.* [d] Οὕτως μεταγράφω τ῀ λ. *Busb.* ἅτως μεταδίδομι τ῀ λ. *Gall.* * Eſt qui vertit *incredibilium.* Sed (ut notavit *Lambecius*) differentiam eſſe inter παράδοξον & ἄπιστον liquet ex *Iſocrate* ad *Nicocleum*, ὃν οἷς ἔστι παράδοξον, ἔστι ἄπιστον &c. † Omnes *Ethnicos*, qui in Deum verum non credebant, cujuſcunque fuerint gentis, Judæi Ελλῆνας ſive Ελληνικὺς vocabant. * Sibi adjunxit, *Epiphan.*

[a] Παυλίνα

δι'ὧ τ' λόγον 'ὅτι τὰ κὸ τοῖς Ιυδ'αίοις γεγονότα. [a]Παυλίνα λιῦ τῷ 'ὅτι Ρώμης τοῦ γόνου τε ἀξιώματι [b]τῷ τε καθ' ἑαυτὴν 'ὑπερηφάνοις κόσμῳ ἀρετῆς 'ὅτι μέγα τοῦ εἶδος τῷ ὀνόματι, δυνάμις τε αὐτῆ χρημάτων λιῦ, καὶ γενεᾶ [c]τὴν ἄλλην εὐφυεστάτη [d]καὶ τῆς ὥρας ὁ ἦ μάλιστα ἀγάλλονται αἱ γυναῖκες, εἰς τὸ σωφρονεῖν ἀνέκειτο ἡ 'ὑπόδοσις δ' βίᾳ. ἐγεγάμητο δὲ Σατορνίνῳ, [e]ᾧ εἰς τὰ πάντα ἀνηρμοσμένῳ τῶν τοῦ αὐτὴν ἀξιολόγων. ζώστης ἐρᾷ Δέκιος Μοῦνδος, ἦ τότε ἱππέων ὁ ἀξιώματι μεγάλῳ· [f]καὶ μείζονος γὰρ ὕσης ἢ ὥστε ἀλῶναι δώρεις, ἀφ' ὧ [g]καὶ πεμφθέντων εἰς πλῆθος [h]τοῦ δεῖν, ὑπὸ μᾶλλον, ὥστε καὶ εἴκοσι μυριάδας δραχμῶν Ἀτθικῶν αὐτῆ δώσειν ὑποχεῖται εὐνῆς μιᾶς. καὶ μηδὲ ὡς 'ὑπεκλαμβάνης, ὃ φέρων τὴν ἀτυχίαν δ' ἔρωτος, ὁδεία σιτίων θάνατον 'ὑπεμᾶν αὐτῷ καλῶς ἔχειν [k]ὁπόμιζεν 'ὅτι Παυλίνῃ κακῶ δ' κατεληφότος. καὶ ὁ μὲν ἐπεψήφιζέ τε [l]τοιαύτῃ τελευτῇ, καὶ τοῦτο ἔδρασεν· οὐ [m]ἀπηλλάσσετο. λιῦ δὲ Ιδη παιδὶ ἀπελευθέρα τῷ Μούνδῳ, παντοίων ἴδρις κακῶν· [n]ἣ δεινῶς φέρουσα τὴν νεανίσκου [o]τὸ ψήφισμα τοῦ θανεῖν, ὃ γὰρ ἀφανὴς λιῦ ἀποτελούμενος, ἀνεγείρει τε αὐτὸν ἀφικομένη ἀφ' λόγου, πιθανή τε λιῦ ἐλπίδων τινῶν [p]ὑποθέσει ὡς ἀφαρπαχθησομένων ὁμιλιῶν τοῦς τὴν [q]Παυλίναν αὐτῷ. καὶ δεχομένου τὴν ἱκετείαν ἡδονῇ, πέντε μυριάδων δήσειν αὐτῇ [r]μόνον ἔλεγεν, [s]'ὅτι ἀλώσει τῆς γυναικός. καὶ ἡ μὲν 'ὅτι τούτοις ἀναγείρασα τὸν νεανίσκον, καὶ τὸ αὐτῆν λαβοῦσα ἀργύριον, οὐ ταὐτὰς αὐτὰς ὁδοὺς ἐτέλετο τοῖς προδιδαχουμένοις, ὁρῶσα τῆς γυναικὸς ὃ μηδαμῶς χρημάτων ἁλισκόμενον. εἰδυῖα δ' αὐτὴν θεραπεία τῆς Ισιδος σφόδρα ἐπιτηδείως, [t]τεχνᾶταί τι τοιόνδε. τῶν ἱερέων τινὶ ἀφικομένη [u]ἀφ' λόγων 'ὅτι πίστει μεγάλῃ, τὸ δὲ μέγιστον δόσει χρημάτων, τὸ μὲ παρὸν μυριάδων δυοῖν ᾗ [x]ἡμισείας, λαβόντος δ' ἔκδασιν τοῦ πράγματος ἑτέρᾳ τοσῷδε, ἀφανεῖ τοῦ νεανίσκου ᾧ ἔρωτα αὐτοῖς, κελεύουσα παντοίως 'ὅτι τῷ ληψομένῳ τὴν ἄνθρωπον ἀσφαλίσαι. ὁ δ' 'ὅτι [z]πλήθει τοῦ χρυσίου [a]προσχθέντες ἐπιχωροῦσι. καὶ αὐτῷ ὁ γεραίτατος ὡς τὴν Παυλίναν ὠσάμενος, γενομένην εἰσόδων, καταμόνας τε ἀφ' λόγων ἐλθεῖν ἠξίου. καὶ [b]συγχωρηθὲν, πομπὸς ἔλεγεν ἥκειν ἐπὸ τοῦ Ανούβιδος, ἔρωτι αὐτῆς ἁλισκόμενος τοῦ Θεοῦ, κελεύοντός τε ὡς αὐτὸν ἐλθεῖν. τῇ δὲ ἑκτὸς ὁ λόγος λιῦ, καὶ ταῖς τε φίλαις ὑπερκαλλωπίζετο τῇ 'ὅτι [c]τούτοις ἀξιώσει τοῦ Ανούβιδος, καὶ φέρειν τοῦς ᾧ ἄνδρα, δεῖπνόν

demum orationem convertam ad ea perſequenda quæ apud Judæos evenerunt. Erat Romæ Paulina & natalium dignitate illuſtris, & ob ſtudium quod ipſe virtutis decori impenderat magni nominis, porroque divitiis affluens, & forma egregia, ea etiam ætate qua maxime lætitia geſtiunt mulieres, ac præter cætera vita ad pudicitiam compoſita. Nupta autem erat Saturnino, viro cum ipſa in omnibus quibus eminebat conferendo. Hujus amore correptus eſt Decius Mundus, vir magnæ inter equites *Romanos* dignitatis: qui, cum eam comperiſſet fruſtra muneribus ſolicitari, ut quæ ingentia ab eo miſſa rejecerat, tanto magis amore accendebatur; ita ut ei pro uno concubitu ducenta drachmarum Atticarum millia polliceretur. At cum *ea* nec hiſce animo flecti potuerit, illi, ſe amore deſtitui graviter ferenti, optimum viſum eſt, inedia mortem ſibi conſciſcere propter malum quod ei ex Paulina acciderat. Atque ita quidem ille vitam finire decreverat, nec ei mora quin id continuo faceret. Fuit autem Mundo paterna liberta, Ide nomine, omnium malarum artium perita: quæ, cum ei valde diſpliceret ut juvenis in obſtinato moriendi propoſito perſiſteret, nam palam erat ipſum ſe perditum ire, ad eum veniebat verbiſque afflictum excitabat, fidem ei faciens ſpem ingerendo fore ut Paulinæ complexibus potiretur. Illoque precibus libenter auſcultante, ſubjiciebat, ſibi tantum opus eſſe quinquaginta drachmarum millibus ad expugnandam mulieris pudicitiam. Et illa quidem, cum iſtis juvenis animum erexiſſet, quantumque petierat pecuniæ accepiſſet, alia ipſam aggreditur via, quam ii quorum opera uſus fuerat & miniſterio, quod mulierem videret majorem quam ut pecunia caperetur. Gnara enim eam vehementer addictam eſſe Iſidis cultui, tale quiddam comminiſcitur. Conventis aliquot ex ejus ſacerdotibus, verbiſque ultro citroque habitis, ubi fidem quam maxime ſolennem acceperat, &, quod efficaciſſimum, pecuniam oſtentaverat, in præſens viginti quinque millia, & altera totidem re perfecta, indicat eis amorem juvenis, rogans modis omnibus adniterentur ut ei mulieris copiam facerent. Illi autem, auri vi magna inducti, id facturos recipiunt. & illorum natu maximus propere ſe ad Paulinam contulit, atque intromiſſus petiit ut remotis arbitris cum ea colloqueretur. quo conceſſo, venire ſe ajebat miſſum ab Anubide, Deo quippe illius amore captо, jubenteque ut ad ſe veniret. Illi verba iſta grata erant & optata, ſeque apud familiares ſuas jactabat ob honorem quo eam dignabatur Anubis: marito quoque indicat, condi-

Paulina Romana fraude ſacerdotis Iſidis à Mundo ſtuprata.

Ide patris Mundi liberta.

Anubis Deus.

[a] Παυλίνα τις legiſſe videtur *Epiphan.* [b] Τὸν καθ' ἑαυτὴν ὑπερηφάνοντι κόσμον ἀρετῆς ἐπὶ μέγα σεμνῦσαι τῷ ὀνόματι· δυνάμεις τε in *Editis Aliiſque.* τῷ τε καθ' ἑαυτὴν ὑπερηφάνῳ κόσμῳ ἀρετῆς εἰς μέγα σεμνύουσα· δυνάμεις τε *Busb.* unde, quam minimum à veſtigiis vulgatæ lectionis recedendo, reſcripſi, ℭ τῷ καθ' ἑαυτὴν ὑπερηφάνῳ κόσμῳ ἀρετῆς &c. in *Epiphanii* verſione, *majorum dignitate præclara, ſtudio caſtitatis intenta, honeſtatis opinione perſpicua.* [c] Τῇ ὄψει *Busb.* & *Gall.* [d] Καὶ τῇ ἡλικίας *Zonar.* [e] Ita cum *Cod. Gall.* nec aliter *Busb.* niſi quod τῷ non agnoſcat. ᾧ εἰς τὰ πάντα ἀντισυμβάντι τῷ π. in *Editis Aliiſque.* [f] Καὶ μεῖζον γὰρ ὄντος ἀλῶναι δώροις *Vat.* & *Hen. à pr. m.* καὶ μείζων γὰρ ἦν ἢ ὥστε ἁλ. in *Editis Aliiſque.* ℭ μείζονι γὰρ ὄντος ἀλῶναι, *Busb.* omnibus perpenſis reſcripſi, ℭ μείζονος γὰρ ὄντος ἢ ὥστε ἁλ. [g] Καὶ πεμφθέντων *Busb.* [h] Υπερεδεῖν *Busb.* [i] Ἀτθικῶν pro αὐτῇ δώσειν habet *Busb.* Vocem Ἀτθικῶν etiam agnoſcit *Zonar.* atque *Epiphanius* vertit, *ut etiam viginti myriadas drachmarum Atticarum ſe daturum pro uno concubitu ſpoſponderet.* quibus factum eſt ut non dubitarim Ἀτθικῶν in textum recipere. [k] Ενόμιζεν *Busb.* & *Vat.* [l] Ita reſcripſi pro τοιούτῳ τελευτῇ. Si quis malit τοιούτῳ τέλει, non repugnabo. [m] Απηλλάσσετο in *libris* omnibus. [n] Αὕτη *Busb.* [o] Ita in *Editis.* τῷ ψηφίσματι in pleriſque *MSS.* [p] Υποχέσει *Busb.* [q] *Al.* Παυλίνῃ. [r] Μόνον *Busb. Hen.* & *Vat.* [ſ] Επὶ δίσι *Busb.* [t] Ita cum *Cod. Busb.* & *Epiphanio*, qui vertit, *tale aliquid machinatur.* τεχνᾶται τοιόνδε in *cæteris.* [u] Διαλίχθη *Busb.* [x] Ημισείᾳ *Busb.* unde pro ἥμισυ *Editorum* repoſui ἡμισείας. [y] Επλήσιασε τῇ ἀνθρώπῳ απ. *Busb.* [z] Ita cum *Cod. Busb.* πλησῇ in *cæteris.* [a] Θελχθέντες *Zonar.* [b] Συγχωρηθὲν *Busb.* [c] Τοιούτοις *Busb.*

ἃ τε αὐτῇ καὶ εὐνὴν ὃν Ἀνούβιδος εἰσηγγέλθαι. συνεχώρει δ' ἐκεῖνος, τὴν σωφροσύνην τὴν γυναικὸς ἐξεπιζήμιος. χωρεῖ οὖν εἰς τὸ τέμενος, καὶ δειπνήσασα, ὡς ὕπνου καιρὸς ἦν, κλεισθεισῶν τῶν θυρῶν ὑπὸ τῶν ἱερέων, ἔνδον ὁ τῷ ναῷ καὶ τὰ λύχνα ἀποδῶν ἦν, καὶ ὁ Μῦνδος, ὑποκέκρυπτο δὲ τῇδε, οὐκ ἠμάρτανεν ὁμιλιῶν τῶν πρὸς αὐτὴν· παννύχιόν τε αὐτοῦ διεκονήσαλο, ὑπελήφθη Θεὸν εἶ). καὶ ἀπελθόντος πρότερον ἢ κίνησιν ἄρξασθαι τῶν ἱερέων, οἱ τὸ ὄφθαλμὸν οὐκ ἠδεῖς, ἡ Παυλῖνα, πρωὶ εἰς τὸν ἄνδρα ἐλθοῦσα, τὴν ὀπτασίαν ἐκδιηγεῖται τοῦ Ἀνούβιδος, καὶ πρὸς τοὺς φίλους ἐπελαμπρύνετο λόγοις τοῖς ἐπ' αὐτῷ. οἱ δὲ, τὰ μὲν ἠπίστουν εἰς τὴν φύσιν τοῦ πράγματος ὁρῶντες· τὰ δ' ὑπὸ θαύματι καθίζαντο, οὐκ ἔχοντες ὡς χρὴ ἄπιζα αὐτὰ κεῖσθαι, ὁπότε εἰς τὴν σωφροσύνην καὶ ὃ ἀξίωμα ἀπίδοιεν αὐτῆς. τῇ δὲ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν θέξιν ὑπαντιάσας αὐτῷ ὁ Μῦνδος, "Παυλῖνα, φησὶν, ἀλλά μοι καὶ εἴκοσι μυριάδας δι-"σώσω, δυναμένη οἴκῳ προσθεῖναι τῷ ἑαυτῆς, ἀμοχο-"νεῖσθαί τε ἐφ' οἷς προσκαλύμμαι οὐκ ἐνέλιπες. ἃ "μέντοι εἰς Μῦνδον ὕβρει διεχρῶ μηδέν μοι μελῆσαι τῶν "ὀνομάτων, ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ πράγματος ἡδονῆς, Ἀνούβιδος "ὄνομα ἐθέμην ἁμαρτῇ." καὶ ὁ μὲν ἀπῆει ταῦτα εἰπών· ἡ δὲ εἰς ἔννοιαν τότε πρῶτον ἐλθοῦσα τοῦ τολμήματος, προσπίπτουσά τε τῷ φίλῳ, καὶ τὰνδρὶ διλώσασα τοῦ παντὸς ὑποβολίματος τὸ μέγεθος, ἐδεῖτο μὴ προσθῆναι βοηθείας τυγχάνειν. ὁ δὲ τῷ αὐτοκράτορι ἐπισήμηνε τὸν πρᾶξιν. καὶ ὁ Τιβέριος, μαθόντως ἀκριβῶς αὐτῷ γενομένης ἐξετάσεως τῶν ἱερέων, ἐκείνους τε ἀνεσταύρωσε, καὶ τὸν Ἶδην ὀλέθρου γενομένην αἰτίαν, καὶ τὰ πάντα ἐφ' ὕβρει συνθεῖσαν τῆς γυναικός· τόν τε ναὸν καθεῖλε, καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς Ἴσιδος εἰς θάλασσαν βαθυμὸν ἐκέλευσεν ἐμβαλεῖν. Μύνδῳ δὲ φυγῆς ἐτίμησεν, κώλυμα τοῦ μὴ μείζονος κολάζειν, τὸ μετὰ ἔρωτος αὐτῷ ἡμαρτῆσθαι τὰ ἡμαρτημένα, ἡγησάμενος. καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἰσιδος τοῖς ἱερεῦσιν ὑβρισμένα, τοιαῦτα ἦν. ἐπάνειμι δὲ ὅθεν ἐπὶ τὴν ἀφήγησιν τοῦ ἐν Ῥώμῃ Ἰουδαίοις συντυχόντων, ὡς μοι καὶ προσήκειν ὁ λόγος.

Tiberius Isidis sacerdotes & Iden in crucem agit, Isidis templum evertit, & Mundum in exsilium ablegat.

V. *Judæi urbe Roma pulsi ob Fulviam pecunia emunctam.*

ε'. Ἦν ἀνὴρ Ἰουδαῖος, φυγὰς μὲν τὴν αὐτῆς, κατηγορίᾳ τε παραβάσεως νόμων τῶν πατρίων τῶν ἐπ' αὐτοῖς, προῆλθε δὲ εἰς τὰ πάντα. ὢν δὲ τότε ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρίβοντος, προσεποιεῖτο μὲν ἐξηγεῖσθαι σοφίαν νόμων τὴν Μωϋσέως, προσποιούμενος τρεῖς ἄνδρας εἰς τὰ πάντα ὁμοτρόπους, τούτοις ὑποφοίνισσε Φουλβίαν, τὴν ἐν ἀξιώματι γυναικῶν τῶν τοῦ μιμεῖσθαι προσηλυθηκέναι τοῖς Ἰουδαϊκοῖς, πάθοσι πορφύραν τε καὶ χρυσίον εἰς τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερὸν διαπέμψασθαι. ἃ λαβόντες, ὅτι χρείας τοῖς οἰκείοις ἀναλώμασιν αὐτὰ

ε'.

a Κινήσεω *Vat.* & *Hen. à pr. m.* Immo vero (inquit *Petitus* in *Animadv. in Edictus*, tom. IV. p. 196.) surrexisse jam oportuerat, ut aperirent ei discessuro fores. Adeo ut, cum moris illis fuerit summo mane Deam salutare, quas *salutationes* etiam *excitationes* appellabant, (ut constat ex *Arnobio*, l. VII.) non dubitem quin hanc *excitationem* appellet *Josephus* nostrum, & locus hoc modo reddendus sit, *cumque ille abiisset, antequam sacerdotes doli conscii excitationem earum caperent.* Verum ipse simplici verborum sensu retento, malui cum V. Cl. *J. Clerico* (in *Hesiodum*, p. 136) vocalem οὐκ ante ἤδεσαν inserere. b Ita *Bud.* Παυλῖνα πρωὶ ὡς τὸν in *Editis Aliisque.* c Ἀπελαμπρύνετο *Hen.* & *Vat.* d Illud εἰς supplevi è *Cod. Bud.* e Σαυτῆς *Bud.* nolui tamen in textum reponere, quòd *Budæus* exempla quamplurima afferat ἑαυτῆς positi pro σαυτῆς. f Προσκαλύμμαι *Bud.* g *Al.* Θύμβρην. h Μύνδῳ *Bud.* i Κώλυμα δὲ μείζονος κολάσεως *Bud.* k Προσπεπλήμμεθα habet *Bud.* l Τινῶν post νόμων addit *Bud.* m Καὶ δὴ τότε *Bud.* n Ὁμοιοτρόπους *Vat.* o Φλωΐσσε passim *Hen.* & *Vat.* p Καὶ τὸ χρυσίον *Bud.* q Vocula ἐν abest plerisque *MSS.* r Καὶ λαβόντες, ἀναλώσειν ταῦτα ἐπὶ χρείαις οἰκείαις ποιήσειν· ὃ δὲ Τιβέριος ζηλώσας ἐπὶ Σαυτερίνῃ δὲ τῇ Φυλλείᾳ ἀνδρὶ ἱππικῷ ζώσῃ πολλὰ πᾶν τὸ Ἰουδαϊκὸν τῆς Ῥώμης ἀπέλιπεν *Bud.*

a Ita

αὐτὰ ποιῆν), ἐφ' ὅτῳ καὶ τὸ τοῦτον ἡ αἴτησις ἐφάνετο. καὶ ὁ Τιβέριος, ἀποσημαίνει γὰρ πρὸς αὐτὸν φίλος ὢν Σατορνῖνος ὁ Φυλβίας ἀνὴρ [a]ὑπὸ τῆς γυναικὸς, κελεύει πᾶν ὃ Ιουδαϊκὸν τῆς Ρώμης [b]ἀπελαθῆναι. οἱ δὲ ὕπατοι, πεντακισχίλιους [c]ἀνθρώπους ἐξ αὐτῶν στρατολογήσαντες, ἔπεμψαν εἰς Σαρδὼ τὴν νῆσον· πλείους δὲ ὀκνοῦντας [d]μὴ θέλοντας στρατεύεσθαι, διὰ φυλακὴν τῶν πατρίων νόμων. καὶ [e]οἱ μὲν, διὰ κακίαν τοσούτων ἀνδρῶν, ἠλαύνοντο τῆς πόλεως.

derunt; quem in finem ea etiam ab initio poſtulaverant. Quo fit ut Tiberius, ei quippe rem indicaverat quo amico utebatur Saturninus Fulviæ maritus ex uxoris inſtigatione, juberet cunctos Judæos Roma pelli. Ex quibus conſules delectu habito quatuor millia militum in Sardiniam inſulam miſerunt: plurimos etiam, qui ut ſervarent patria inſtituta militiam detrectarunt, pœnis affecerunt. Atque ita, propter quatuor hominum nequitiam, Judæi ejecti ſunt è civitate.

ΚΕΦ. ε'.

Ὡς ἐθορύβων οἱ Σαμαρεῖς, καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀπώλεσε Πιλάτος. ὡς κατηγορεῖται ὁ Πιλάτος, οἷά τε Οὐιτελλίῳ πεπραγμένα ἦν τοῖς Ιουδαίοις καὶ Παρθυαίοις.

CAP. V.

Quomodo tumultuabantur Samaritani, multoſque ex illis occidit Pilatus. utque Pilatus accuſatur, & quæ geſta erant à Vitellio apud Judæos & Parthos.

ΟΥΚ ἀπύλλαχθ δὲ θορύβου καὶ ὁ Σαμαρέων ἔθνος. συμφέρει γὰρ αὐτοῖς ἀνὴρ οὐ ὀλίγῳ τὸ ψεῦδος [f]πιθέμενος, [g]καὶ ἐφ' ἡδονῇ τὸ πλῆθος πανταχόθεν ζῶν τὰ πάντα, κελεύων ὅτι τὸ Γαριζεὶν ὄρος αὐτῷ συνελθεῖν, ὃ [h]ἁγιότατόν τι αὐτοῖς ὁρῶν ὑπάρχειν, ἰσχυρίζετό τε [i]τοῖς συμφυομένοις δείξειν τὰ ἱερὰ σκεύη τῆδε κατορωρυγμένα, [k]Μωϋσέως [l]τῆδε αὐτοῦ πεποιημένου κατάθεσιν. οἱ δὲ οὐδὲν ὅπλοις τε ἦσαν, πιθανὸν ἡγούμενοι τὸν λόγον, καὶ καθίσαντες ἔν τινι κώμῃ, Τιραθαβᾶ λέγεται, παρελάμβανον τοὺς ὁπισυλλεγομένους, ὡς μεγάλῳ πλήθει τῷ ἀνάβασιν εἰς τὸ ὄρος ποιησόμενοι. φθάνει δὲ Πιλάτος τὴν ἄνοδον αὐτῶν προκαταλαβόμενος [m]ἱππέων τε πομπῇ καὶ ὁπλιτῶν, οἳ συμβαλόντες τοῖς ἐν τῇ κώμῃ προσιοῦσιν, τροπῆς γενομένης, τοὺς μὲν ἔκτειναν, τοὺς δὲ εἰς φυγὴν τρέπουσι, ζωγρίᾳ τε πολλοὺς ἦγον, ὧν τοὺς κορυφαιοτάτους καὶ τοὺς ἐν τοῖς φεύγουσι δυνατωτάτους ἔκτεινε Πιλάτος.

INterea ne Samaritani quidem tumultu caruerunt. Concitat enim eos vir *quidam*, qui mentiri pro nihilo ducebat & omnia ad ineundam à plebe gratiam faciebat; jubens ut ſecum montem Garizim conſcenderent, montium apud eos ſanctitatis opinione celeberrimum, illiſque aſſeverabat, ſe oſtenſurum ipſis, ubi eò pervenirent, ſacra vaſa à Moyſe iſtic defoſſa atque recondita. Illi vero, quæ diceret veriſimilia eſſe credentes, *ſtatim* arma ſumpſerunt; & in vico quodam Tirathaba nomine conſedentes ſibi adjungebant quotquot ſeſe ad illos aggregarent, ut magno agmine montem aſcenderent. Sed Pilatus prior viam, qua iretur, occupat equitibus quos miſerat & peditibus: qui congreſſi cum illis qui in urbem convenerant, primo conflictu alios occiderunt, alios in fugam verterunt, & multos etiam captivos abduxerunt, quorum præcipuos, & potentiſſimos eorum quos in fuga ceperant, interfecit Pilatus.

Seditio Samaritana.

Seditioſi à Pilato ſuſi fugatique.

β'. Καταπέμπεται δὲ τῶνδε ὑπ' Ἰουδαίων, Σαμαρέων ἡ βουλὴ πρὸς Οὐιτέλλιον ὑπατικὸν ἄνδρα Συρίας τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντα, καὶ Πιλάτου κατηγόρους ἐπὶ τῇ σφαγῇ τῶν ἀπολωλότων. οὐ γὰρ ἐπὶ ἀποστάσει Ρωμαίων, ἀλλ' ἐπὶ ἀσφαλείᾳ τῆς Πιλάτου ὕβρεως, [n]εἰς τὴν Τιραθαβᾶ πρόφασιν γενέσθαι. καὶ Οὐιτέλλιος, Μάρκελλον τὸν αὐτοῦ φίλον ἐκπέμψας ἐπιμελητὴν τοῖς Ιουδαίοις γενησόμενον, Πιλάτον [o]κέλευσεν ἐπὶ Ρώμης ἀπιέναι, πρὸς ἃ κατηγορεῖται Ιουδαῖοι ὁ διδάξαντα τὸν αὐτοκράτορα. καὶ Πιλᾶτος, δέκα ἔτεσιν ἀρξάμενος ἐπὶ Ιουδαίας, εἰς Ρώμην ἠπείγετο, τοῖς Οὐιτελλίου πειθόμενος κελεύσμασι, [p]οὐκ ὄν ἀντιπεῖν. πρὶν δὲ ἢ τὴν Ρώμην προσχεῖν αὐτὸν, φθάνει Τιβέριος μεταστάς.

2. Sedato autem hoc Samaritanorum tumultu, ſenatus *eorum* mittunt ad Vitellium, virum conſularem & Syriæ præſidem, atque Pilatum cædis eorum qui interiêre accuſabant. non enim ut à Romanis deſciſcerent, ſed ut tutum à Pilati injuriis perfugium haberent, in Tirabatha ſeſe recepiſſe *dicebant*. Tum Vitellius, Marcello amico ſuo ad res Judæorum procurandos miſſo, Pilatum juſſit Romam proficiſci, ad objecta à Judæis *crimina* coram imperatore reſponſurum. Ita Pilatus, decem annis in Judææ provincia exactis, Romam properabat, Vitellii mandatis, quibus nihil contradicere audebat, obſequutus. At priuſquam Romam appelleret, deceſſit Tiberius.

Pilatus cædis accuſatus apud Vitellium & Romam miſſus.

Tiberius moritur.

γ'. Οὐιτέλλιος δὲ, εἰς τὴν Ιουδαίαν ἀφικόμενος, ἐπὶ Ιεροσολύμων ἀνῆλθε, καὶ διὰ αὐτοῖς ἑορτὴν· Πάσχα δὲ καλεῖται. δεχθεὶς δὲ μεγαλοπρεπῶς Οὐιτέλλιος, τὰ τέλη τῶν ὠνημένων καρπῶν ἀνῆκεν εἰς τὸ πᾶν τοῖς [q]ταύτην κατοικοῦσι, καὶ τὴν στολὴν ὃν ἀρχιερέως, καὶ τὰ πάντα αὐτοῦ κόσμον συνεχώρησεν ἐν τῷ ἱερῷ κείμενον ἔτι τοῖς ἱερεῦσιν ἔχειν τὴν ἐπιμέ-

VI.

Vitellius ab Hieroſolymitanis magnifice excipitur. Ejus erga Judæos liberalitas.

3. Vitellius autem in Judæam profectus, Hieroſolyma aſcendit, ea tempeſtate, qua feſtum ageretur quod Paſcha appellatur. Cumque à Judæis magnifice exceptus fuiſſet Vitellius, vectigal fructuum venalium Hieroſolymitanis in univerſum remiſit, & ſtolam pontificis cum omni ejus ornatu paſſus eſt in templo,

a Ita cum *Cod. Vat.* ὑπεκκύψει perperam in *cæteris*. b Ἀπελθεῖν *Busb.* c Ἀνδρας ἐξ αὐτῶν *Busb.* ἀνθρώπους in *MS.* quo uſus eſt *Petitus*. d Καὶ οἱ μὲν δὴ ἀφ' *Busb.* e Aliquid amplius in ſuo codice habuiſſe videtur *Epiphanius*, qui vertit, *vir quidam mentiri pro nihilo docens, Caphedon nomine*. f Καθ' ἡδονὴν *Busb.* g Ἁγιώτατον αὐτοῖς *Busb.* h Ita cum *Cod. Busb.* παραγενομένοις in *cæteris*. i Ita etiam apud *Epiphanium* & *Zonaram*. Verum Ὠζίνοις malit Cl. *Relandus* in *Diſſert.* de *monte Garizim*, p. 155. & *Diſſert. ſecunda de Nummis Samaritanis*, p. 45. & ex *Chronico Samaritano* recitat traditionem de arca & vaſis ſacris juſſu Dei in monte Garizim reconditis ſub pontificatu Oziæ, cujus mentio fit 1 *Chron.* c. 6. v. 6. quam hiſtoriam aliter narratam videre eſt, 2 *Macab.* c. 2. v. 4. id quod me monuit Cl. *Lowthius*. k Ἐκεῖ *Busb.* l Πέμψας ἱππεῖς καὶ ὁπλίτας *Busb.* m Εἰς τὴν κάμῳ Τιραθαβᾶ *Busb.* n Ἐκέλευσεν *Busb.* & *Zonar.* o Διηρώτα *Busb.* & *Hen. à pr. m.* p Οὐκ ἀντειπὼν *Gall.* q Ταύτῃ *Busb.*

a Forſan

plo, ut olim, à ſacerdotibus adſervari. ſed eo tempore in Antonia, quæ turris eſt ita nuncupata, depoſita erat hujuſmodi de cauſa. Pontificum quidam Hyrcanus, ejus nominis primus, (nam plures erant eo nomine appellati) cum turrim in vicinia templi exſtruxiſſet, illic maxima ex parte vitam agebat, & ſtolam, quæ in ejus cuſtodia erat, eo quod ſibi ſoli licebat eam induere, ibi depoſitam habebat, quandocunque privata veſte reſumpta in urbem iret. idemque filii ipſius eorumque filii facere conſueverunt. Herodes autem, regnum adeptus, & turrim hanc, loco opportuno ſitam, magno ſumptu inſtruxit, Antoniæ nomine ei indito ex Antonio qui ipſi erat amicus, & ſtolam, ita ut ibi reperta eſt, apud ſe retinuit; ratus populum ea de re nihil novi contra ſe moliturum. Deinceps vero ſimiliter ac Herodes faciebat Archelaus, filius ejus, qui ei in imperio ſucceſſit: cujus regnum cum Romani ſibimet aſſumpſiſſent, nacti ſunt ſtolam pontificiam, in domo ex lapide conſtructa repoſitam, ſacerdotum cuſtodumque ærarii ſigillo obſignatam, caſtelli præfecto quotidie eo in loco lucernam accendente. Septem vero ante feſtum diebus illis ab arcis præfecto tradebatur: cumque ea *purificata uſus fuiſſet pontifex, die proxima poſt ſolennitatem rurſus eam in domum reponebat, ubi antea condita erat. idque quotannis fiebat, tribus feſtis & jejunii die. Vitellius autem facit ut *ſtola*, prout mos patrius ferebat, ſervaretur, dato arcis præfecto in mandatis, ut nec inquireret in locum ubi reconderetur, nec ad diem attenderet quo eâ uti oporteret. Cumque iſta feciſſet ut à gente gratiam iniret, & Joſepho pontifici, cui etiam Caiaphæ nomen fuit, ſacerdotium abrogaſſet, Jonatham Anani pontificis filium in ejus locum ſubſtituit, ac deinde Antiochiam reverſus eſt.

Stola pontificia in turri Antonia olim depoſita.

Caiaphas pontifex in locum Jonathæ ſubſtitutus.

4. Tunc etiam Tiberius ad Vitellium literas mittit, cum mandatis ut amicitiam pangeret cum Artabano Parthorum rege. Eum enim territabat, quod inimicus eſſet & Armeniam occupaſſet, ne majora *imperio* damna inferret; eaque ſolum lege ejus amicitiæ credendum eſſe *monet*, ſi obſides illi traderentur, præcipue vero Artabani filius. Cum autem iſta Tiberius ad Vitellium ſcriberet, ille ingentis pecuniæ largitione Iberorum & Albanorum regibus perſuadet, ut ſine mora Artabano

Res à Vitellio geſtæ contra Artabanum.

λεως, καθότι καὶ πρότερον ἰδίᾳ αὐτοῖς ἐξουσία. τότε δὲ ὁ τῇ Αντωνίᾳ, φρύριον δ' ἔστιν ὕστερος λεγόμενον, ἡ ἀπόθεσις αὐτῆς ἰδίᾳ, διὰ τοιαύτην αἰτίαν. τῶν [a] ἱερέων τις Υρκανὸς, πολλῶν δὲ ὄντων οἱ τόδε ἐκαλέοντο τὸ ὄνομα, ὁ πρῶτος, ἐπεὶ πλησίον τῷ ἱερῷ βίον κατασκευασάμενος, ὑπ' αὐτῇ τὰ πολλὰ τὴν διαιταν εἶχεν [b] καὶ τὴν στολὴν, φύλαξ δι' ἰδίᾳ αὐτῆς, διὰ ὃ [c] ἐμόνῳ συγκεχωρῆσθαι δι' ἐξουσίαν, [d] αὐτὴ εἶχεν ἀποκειμένην, ὁπότε εἰς τὴν πόλιν καπιὼν, ἀναλαμβάνοι τὴν ἰδιωτικὴν. καὶ οἱ τῶν ἰδίων αὐτῷ αὐτὰ πράσσειν ἐπετήδευον, καὶ τέκνα ἐκείνων. Ηρῴδης δὲ βασιλεύσας, τὴν τε βίαν ταύτην, ὑπὸ ὑποπτεύων κειμένην, κατασκευάσας πολυτελῶς, Αντωνίαν καλεῖ [e] ὄνομα, τῷ Αντωνίῳ φίλῳ ὢν, καὶ τὴν στολὴν ὥσπερ καταλαμβάνει τηνδε κειμένην κατεῖχεν, πιστεύων ὁδὲν νεωτερίειν ἐπ' αὐτῷ [g] τὸν λαόν. δοῦναι δὲ ἔπραξαν ὅμοια τῷ Ηρῴδῃ, καὶ ὁ ὑποκαταστὰς αὐτῷ βασιλεὺς Αρχέλαος υἱὸς ὤν· ὑφ' Ρωμαίοις τε δὴ δεξάμενοι τὴν ἀρχὴν, ἐκράτουν τε στολῆς ὑφ' ἀρχιερέως, ἀποκειμένης ὑπ' οἴκῳ [h] λίθου οἰκοδομηθέντι ὑπὸ σφραγῖδι [i] τῶν τε ἱερέων καὶ τῶν [k] γαζοφυλάκων, ὑφ' ὑπάρχου ὃ ἐφ' ἡμέραν ἑκάστην λύχνον [k] ἅπτοντος. [l] ἐπεὶ δὲ ἡμέρας πρὸ τῆς ἑορτῆς, ἀπεδίδοτο αὐτοῖς ὑπὸ ὑπάρχου· καὶ ἁγνισθείσῃ χρησάμενος ὁ ἀρχιερεὺς μιᾷ πάσαις τῆς ἑορτῆς ἡμέραις, ἀπετίθετο αὖθις εἰς τὸν οἶκον, [m] ἤπερ ἔκειτο πρότερον. καὶ τοῦτο ἐπράσσετο τρισὶν ἑορταῖς ἑκάστου [n] ἔτους καὶ τῇ νηστείᾳ. Οὐϊτέλλιος δὲ ὅτι τῷ ἡμετέρῳ πατρίῳ πιεῖ τὸν νόμον, ἵνα κείσοιτο μὴ πολυπραγμονεῖν ὑποσκήψας τῷ ὑπάρχῳ, καὶ ὁπότε δέοι χρῆσθαι, καὶ ταῦτα πράξας [o] ὅτι εὐσεβείᾳ τὸ ἔθνος, καὶ τὸν ἀρχιερέα Ιώσηπον [p] τὸν καὶ Καϊάφαν ὑποκλέψαι τὸν ἀπαλλάξας τὴν ἱερωσύνης, Ιωνάθην καθίστησιν Ανάνου τοῦ ἀρχιερέως υἱόν. ἐπ' Αντιοχείας δ' αὖθις ἐποιεῖτο τὴν ὁδόν.

4. Agrippa vero Puteolos appulſus literas dat Tiberio Cæſari, qui *tum* ſeſe in Caprearum ſeceſſum abdiderat, veniſſe ſe officii cauſa illumque ut viſeret ſignificans, roganſque ut ſibi liceat in Capreas trajicere. Tiberius autem nil cunctatus & alia ad eum ſumma cum humanitate reſcripſit, & quod gauderet ipſum iterum ad ſe Capreas venire. Cumque ille adveniſſet, non minore alacritate, quam præ ſe tulerat literis, eum amplexus eſt & hoſpitio excepit. Poſtridie vero Cæſari allatis ab Herennio Capitone literis, quod Agrippa trecentis millibus mutuo ſumptis, nec ad conſtitutum tempus perſolutis, de reddendo admonitus, è locis ſuæ ditionis ſeſe fuga proripuiſſet, ita ut omnem ipſi pecuniam ab eo exigendi poteſtatem ademerit: cum iſtas legiſſet literas, ægerrime rem tulit Cæſar, & Agrippæ omnes ad ſe aditus præcludi juſſit, uſque dum debitum ſolveret. Ille nequaquam ira Cæſaris attonitus, ab Antonia Germanici & Claudii, qui poſtea Cæſar factus eſt, matre petiit mutuo trecenta millia, ne Cæſaris amicitiâ excideret. Illa vero, Berenices matris ejus memoria (iſtæ enim mulieres ſibi invicem perfamiliares erant) quodque ſimul ipſe educatus fuerat cum Claudio, argentum **quod poſtulabat* ei ſuppeditat; cumque *Agrippa* æs alienum exſolviſſet, patefactus eſt ei aditus ad Tiberii amicitiam. Deinde ipſi Tiberius Cæſar nepotem ſuum commendat, dato in mandatis ut eum foris egredientem comitaretur. Agrippa vero, quod benigne adeo exceptus fuerat ab Antonia, cœpit Cajum ſtudioſe colere, utpote nepotem illius, & in ſummo apud omnes honore ex illorum in patrem ejus benevolentia. Erat etiam Thallus quidam, genere Samarita, Cæſaris libertus. à quo decies centena millia mutuatus, & Antoniæ ſolvit quod ei debebat, & cum reliquum in ſumptus erogaſſet quibus Cajum demereretur, majore auctoritate apud ipſum pollebat.

Benigne à Tiberio excipitur.

Poſtea Tiberius, acceptis ab Herennio Capitone literis, Agrippæ omnem ad ſe aditum præcludit.

Ab Antonia pecuniam accipit Agrippa, & cum Tiberio in gratiam redit.

Cajum ſibi conciliare ſtudet.

5. Agrippa autem plurimum apud Cajum in gratia proficiente, quodam die dum una in curru geſtarentur & in ſermonem inciderent de Tiberio, accidit ut Agrippa (nam ſoli erant) *Deum* precaretur, ut Tiberius Cajo omnino digniori quamprimum imperio cederet. Has voces excipit Eutychus, Agrippæ libertus & auriga, & tum quidem ſilebat. Inſimulatus autem ab Agrippa, quod veſtem ei ſurripuerat (id quod revera factum erat) & ex fuga retractus, cum perductus eſſet ad Piſonem urbis præfectum, rogatus fugæ cauſam, ait ſe habere ſecreta quædam Cæſari enuncianda, quæ ſalu-

Agrippa, ab Eutycho liberto accuſatus, in cuſtodiam datur.

δύς, τὸ λοιπὸν ἐν [a] Δικαρχίᾳ [b] γενομένῳ παρέξειν ἐπαγγέλλεται, δεδιὼς τὸν Ἀγρίππαν τὸ εἰς τὰ ἀναλώματα ἕτοιμον. καὶ Κύπρος μὲν, ἀπαλλάξασα τὸν ἄνδρα, ὅπου τῆς Ἰταλίας [c] πλεύσοιμι, αὐτὴ μὲν τὰ τέκνα ὅπου Ἰουδαίας ἀνέζευξεν.

δ'. Ἀγρίππας δὲ, εἰς Ποτίολον κατελθὼν, ὅπερ ἐπολλὴν ὡς Τιβέριον Καίσαρα γεγράφει διατιθέμενον ἐν [d] Καπρέαις, παρουσίαν τε τὴν αὐτοῦ δηλῶν ὅπου θεραπείᾳ ἐν ὄψει τῇ ἐκείνου, καὶ ἀξιῶν ἔφεσιν αὐτῷ γενέσθαι εἰς Καπρέας παραβαλεῖν. Τιβέριος δὲ, ἡδὺν ἡγησάμενος, τά τε ἄλλα αὐτῷ γράφει φιλανθρωπίᾳ χρώμενος, [e] ἔπι τε χαίρειν ἀποσημαίνων ἐπὶ ᾧ σῶον ἐπανήκειν εἰς τὰς Καπρέας. ἐπεὶ δὲ ἀφικνεῖτο, μηδὲν ὑφελὼν ἔτι ἐν τοῖς γράμμασι προθύμως, ἠσπάζετό τε καὶ ἐξένιζε. τῇ δ' ἑξῆς [f] Καίσαρι γραμμάτων κατὰ Ἑρεννίου Καπίτωνος ἀφικομένων, ὅτι Ἀγρίππας μυριάδας τετρακοσίας δάνεισμα ποιησάμενος, καὶ πρὸς τὰς καταβολὰς ἐκλιπὼν χρόνον τε συγκείμενον ἀπαιτήσεως γενομένης, οἴχοιτο φυγὰς ἐκ τῶν ὑπ' αὐτῷ χωρίων, ἄκυρον αὐτὸν καθίστη τοῦ ἐπὶ τοῖς εἰσπραξομένοις ἐξουσίας· ἕως τοῦτο ἀναγκὴ τὸν ὅπερ Ἡρώδου [g] θυγατριδοῦν Καῖσαρ, καὶ ἀφόκλεισιν γενέσθαι τῷ Ἀγρίππᾳ κελεύει εἰσόδων τῶν πρὸς αὐτὸν, ἄχρι δὴ [h] καταβαλῇ τὸ χρέος. ὁ δὲ, μηδὲν τῇ ὀργῇ τοῦ Καίσαρος καταπλαγείς, Ἀντωνίας δεῖται, Γερμανικοῦ τε μήτρὸς καὶ Κλαυδίου τοῦ ὕστερον γενομένου Καίσαρος, δάνεισμα αὐτῷ δοθῆναι [i] τετρακοσίας μυριάδων, ἵνα φιλίας μὴ ἁμάρτοι τὰς πρὸς Τιβέριον. ἡ δὲ Βερνίκης τε μνήμην τοῦ μητρὸς αὐτοῦ, σφόδρα γὰρ ἀλλήλαις ἐχρῶντο [k] αἱ δὲ γυναῖκες, καὶ αὐτῷ ὁμοτροφίας πρὸς τοὺς ἀμφὶ Κλαύδιον γεγενημένης, δίδωσι τὸ ἀργύριον, καὶ αὐτῷ ἀποτίσαντι τὸ χρέος ἀνεπικώλυτος ἦν ἡ φιλία τοῦ Τιβερίου. αὖθις δὲ αὐτῷ Τιβέριος ὁ Καῖσαρ συνίσησιν ἰσωνὸν τοῦ υἱοῦ, κελεύων τὰ πάντα αὐτοῦ τοῖς ἐξόδοις παραλυγχάνειν. Ἀγρίππας δὲ φιλίᾳ δεχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίας, καὶ θεραπείαν τρέπεται τοῦ Γαΐου ἰσωνῶ τε ὄντος αὐτῇ, καὶ εὐνοίᾳ τοῦ πατρὸς εἰς τὰ πρῶτα τιμωμένου. καὶ [l] δή τις ἦν Θάλλος Σαμαρεὺς γένος, Καίσαρος δὲ ἀπελεύθερος. παρὰ τούτου δάνεισμα [m] μυριάδων ἑκατὸν εὑρόμενος, τῇ τε Ἀντωνίᾳ καταβάλλει ὃ ὀφλήθεν χρέος, καὶ τῶν λοιπῶν ᾧ ἀναλώμασι θεραπεύων τὸν Γαΐου, μᾶλλόν ἐν ἀξιώματι ἦν παρ' αὐτῷ.

ε'. Περιόντος δὲ [n] εἰς μέγα τῷ Ἀγρίππᾳ τῆς πρὸς Γαΐου φιλίας, [o] ἁμαξηλάτοις ποτὲ λόγου περὶ τοῦ Τιβερίου ἦν, καὶ τοῦ Ἀγρίππα καθ' εὐχὰς τραπομένου, μόνω δ' ἦσαν, ἢ τάχος Τιβέριον ὑπεκφάναι τῆς ἀρχῆς Γαΐῳ παραχωρεῖν ἀξιωτέρῳ τὰ πάντα ὄντι. τούτων ἀκροατὴς τῶν λόγων Εὔτυχος, Ἀγρίππου δ' ἡνίοχος, καὶ θυμοχρῆμα μὲν σιγῇ παρεδίδου. κλοπῆς δὲ ἱματίων αὐτοῦ ὑπ' Ἀγρίππου ὑπικαλυμμένης, καὶ ἀκριβῶς δὲ ἐκκλοφῇ, φυγὼν καὶ ληφθεὶς ἀγωγῆς αὖθις ὑπὸ Πίσωνα γενομένης, ὃς ἦν φύλαξ τοῦ πόλεως, ἐρομένου τὴν αἰτίαν τῆς φυγῆς, Καίσαρι, φησὶν, ἀπορρήτους ἔχειν λόγους εἰπεῖν ἐπ' ἀσφαλείᾳ τοῦ

a Ita contracte hîc loci, alibi Δικαιαρχία. b Γενόμενος παρέξειν ἐπιχάλκετο *Busb.* γενόμενος παρέξειν ἐπιχάλκεται *Hen.* c Illud malui quam Doricum πλευσούμενον, quod in *libris* exſtabat. d Καπραίαις in *libris* pleriſque. forſan pro Καπρίαις. e Ita *Busb.* ἔπι χ. in *cæteris* f Ita lego cum *Cod. Busb.* Καίσαρ γεγραμμάτων αὐτῷ π. in *Editis Aliiſque.* g Περιαλγεῖ τε *Busb.* quod non diſplicet. h Καταβαλεῖς *Busb.* i Τὰς τετρακοσίας μυριάδας *Busb.* k Αἱδὲ αἱ γυναῖκες *Busb.* l E *Cod. Busb.* ſcripſi, καὶ δή τις ἦν pro καὶ δὴ ἦν & pro ἄλλος ex conjectura repoſui Θάλλος, quem inter Tiberii Auguſti libertos fuiſſe conſtat ex *Gruteri Inſcriptionibus*, p. DXCIX. n. 7. Videſis *Indices* ad *Gruterum* & *Reineſium*. m Μυριάδας ἑκατὸν ὑράμβους *Busb.* n Ἐπὶ μέγα *Busb.* o Ita cum *Cod Busb.* ἁμαξυμβίοις π. λ. π. Τιβερίου in *Editis Aliiſque* p Illud € infertum dedi, auctoritate *Epiphanii.* * Ita *Epiphan.*

a Καὶ

ἡ σωτηρίας αὐτῷ φέροντας. ὥστε δήσας αὐτὸν ἔστελλεν εἰς τὰς Καπρέας· καὶ Τιβέριος τῷ αὐτῷ τρόπῳ χρώμενος, εἶχεν αὐτὸν δέσμιον, μελλητὴς εἰ καί τις ἑτέρων βασιλέων ἢ τυράννων γενόμενος. ὅτε γὰρ πρεσβείων ἐποδοχὰς οὐκ εὐθέως ἐποιεῖτο, ἠνιᾶσίν τι [a] ἢ ὀπλεύποις ὑπ' αὐτῷ σαλεῖσιν ὑδρηλία λῦσαι προσδοκῶν, ὁπότε μὴ φθάσειν πεπλανημένοι. ὅθεν καὶ δεσμωτῶν ἀκροάσεως ῥᾳθύμως λῦε. ὥστε καὶ τῶν φίλων ἐρωτώντων τὴν αἰτίαν αὐτὸν ὅ ὅτι τοιούτοις ὀλκῇ [b] χρώμενον, ἔφη, "τὰς μὲν πρεσβείας τέλεσθαι ὅπως μὴ ἀπαλλαγῆς αὐτὰς οὐκ εὐθέως γενομένης, ἕτεροι πρέσβεις ὀπιχειροτονηθέντες ἐπανίοιεν, ὄχλος τε αὐτῷ γίνοιτο ὅτι δοχῆς αὐτῶν καὶ πομπῆς [c] προκειμένῳ. τὰς δ' ἀρχὰς συγχωρεῖν [d] τοῖς ἅπαξ εἰς αὐτὰς ὑπ' αὐτῷ καταξίοις, αἰδοῦς προμηθείᾳ τῶν ὑπηκόων. φύσει μὲν γὰρ εἰς πᾶσαν ἡγεμονίαν [e] τὸ πλεονεκτεῖν. τὰς δὲ μὴ [f] παγίως, ἀλλ' εἰς ὀλίγον καὶ ἄδηλον ὁπότε ἀφαιρεθεῖεν, καὶ μειζόνως ὀξυτέρων ὄντι κλοπῆς τοὺς ἔχοντας. εἰ μὲν οὖν ἐφεστήκασιν εἰς πλέον αὐτοὺς, [g] ἄδην τῶν κλοπῶν ἔχειν ὑπὸ τοῦ πολλοὺς τῶν κεκερδημένων ἀμβλυτέρως ὃ λοιπὸν αὐτῆς χρωμένους. ὑπὸ δ' ὀπισθοχωρουμένης ὑπὸ τοῦ ὀξέως, ὑδαμῶς ἂν ἀρκέσαι τοὺς ἄθλα τοῖς ἄρχουσι [h] προκειμένους, ἀναστροφῆς αὐτοῖς [i] ὑ διδομένης χρόνων, οἷς οἷς πλήρεις ὦμεν προειληφότες γενόμενοι ὑποδιδοῖεν τῆς αὐθαδίας τῆς ὅτι τῷ λαμβάνειν, μᾶλλον τὸ πρὶν ὑπὸ χρόνου γενέσθαι μεταστῆναι. [k] παράδειγμά τε αὐτοῖς φησί. τραυματίᾳ τινὶ κειμένῳ μεγάλῃ κατὰ πλῆθος τὰς ὠτειλὰς [l] προσῆσαν· καί τις τῶν παρατυχόντων [m] οἰκτείρας αὐτοῦ τὴν δυσχέρειαν, καὶ νομίσας ἀδυναμίᾳ μὴ βοηθεῖν, οἷός τε ὢν ἀποσοβεῖν αὐτὰς παρεσκεύαζε. καὶ δομένου παύσασθαι τῶν ὅτι τοιοῦσδε, ὑπολαβὼν "εἴρετο τὴν αἰτίαν τῆς ἀπρομηθοῦς εἰς τὴν μᾶλλον αὐτῷ κακῶς τῶν ἐφεστηκότων. "μειζόνως γὰρ ἂν ἀδικήσῃ με, εἶπεν, ζωύτας ἀπαγαγών. τοῖς μέν γε ἤδη πλησθεῖσα τῆς αἵματος, [n] οὐκ ἔθ' ὁμοίως ἕπεται, ὄχλον μοι παρασχεῖν, ἀλλά πῃ καὶ ἀνίσχυσιν. οἱ δ' [o] ἀκραιφνεῖς παρεισρυέντες κατ' αὐτοῖς λιμῷ σπανισθῆσαι, καὶ τετρυμένον ἤδη παραλαμβάνουσαι, καὶ ὀλέθρῳ [p] παραδοῦναι. ἀφ' οὗδε οὖν καὐτὸς ὑπὸ πολλῶν τῶν κλοπῶν διεφθαρμένοις τοῖς ὑποτελέσιν [q] προμηθὴς εἰ), μὴ [r] συνεχὲς ἐξαποστέλλειν τοὺς ἡγησομένους, οἳ ἐν τεύχῳ μιᾶς ἐκπολεμῶσιν αὐτοὺς, φύσει πρὸς κέρδος ὁρμισθέντες σύμμαχον προσλαμβάνοντες τὴν ἐλπίδα τοῦ ταχέως [s] ἁρπασθῆναι τὴν ἐνθεν ἡδονήν." μαρτυρήσει δέ μοι τῷ λόγῳ, προῆν τὸ ὅτι τοιούτοις φύσεως, Τιβερίου τὸ ἔργον αὐτό. ἔτη

tis ejus intereſſent. quapropter ipſum in vincula conjectum Capreas mittebat: & Tiberius more ſuo vinctum ſervabat, quod cunctator, ſi quis alius aut rex aut tyrannus, factus eſſet. nam neque legationes ſine mora admittebat; neque curabat ut mitterentur qui præſidibus aut procuratoribus ab eo miſſis ſuccederent, niſi illi deceſſiſſent. unde fiebat ut vinctos quoque audire negligeret. Proinde, cum amici cauſam ipſam quærerent, cur adeo procraſtinaret, dicebat, "legationibus quidem ſe moras nectere, ne illis cito dimiſſis, alii mox creati ad ipſum denuo accedant legati, atque ita ſibi continuo incumbat negotium illos accipiendi ablegandique. Imperia autem illis, quibus ſemel ea dederat, diuturna eſſe ſinere, ut aliquo ſaltem pudore adhibito conſulatur ſubditis. ingenium enim omnium hominum in magiſtratu proclive eſſe ad avaritiam. qui vero haud perpetui ſunt, ſed ad breve tempus, ut incertum ſit quando illis auferatur poteſtas, majori aviditate ad rapinas ferri. itaque ſi diutius ea fruantur, furtorum ſatietate tandem expleti, ut qui ſatis ſuperque ſibi acquiſiverint, deinde tardiores fieri ad rapiendum. "cum autem ocyus illis ſuccedatur, nequaquam fore ut magiſtratibus ſufficiant qui illis in prædam expoſiti ſunt, tanto eis tempore haud conceſſo, in quo anteceſſores ſui ſpoliorum pleni de habendi cupiditate remitterent, quod revocati fuerant antequam ſatis diu magiſtratum obiiſſent. Ac *deinde exemplo* utebatur. Quodam vulnerato humi procumbente, magna vis muſcarum ulcera circumſedebat: ac viator, cum forte adeſſet, vicem ejus miſeratus eſt, languidiorem eſſe ratus quam ut illas arcere poſſet, propiuſque accedens parabat eas depellere. Orante autem *ſaucio*, ut hujuſmodi quid facere omitteret: *alter* ſubjiciens cauſam quærebat, cur ita liberari à præſenti moleſtia negligeret. "Cui ille, gravius me læſum ibis illas abigendo. nam hæ jam plenæ cruoris non perinde ac ante certatim agunt ut mihi moleſtiam faceſſant; ſed aliquantulum remiſſius inſtunt. Quod ſi *his depulſis* recentes & famelicæ convenerint, & *me* jam attritum acceperint, etiam ad interitum uſque exſugent. Has igitur ob cauſas & ipſum ſubditis ſuis, multis expilationibus male multatis, haud ita frequenter, unum poſt alium, rectores mittere, qui more muſcarum eos infeſtarent, præſertim cum natura propenſis ad lucrum inſuper ad cupiditatem augendam injiciatur metus, ne quæſtus ſibi adeo jucundus cito eripiatur." Huic quod dixi de ingenio Tiberii res ipſa teſtimonio eſt; quod, duobus

Tiberii tarditas & cunctatio.

a Καὶ ἐπιτε. παρ' αὐτῷ *Busb.* b Χρῆσθαι *Busb.* c Προκειμένῳ & mox αἰδῶς non agnoſcit *Busb.* d Τοῖς ἅπαξ ὑπ' αὐτῷ καταξίοις εἰς αὐτὰς *Busb.* e Ita, ut ellipſis ſit præpoſitionis ἐπί, in *libris noſtris* omnibus præter *Busb.* qui habet οἰκείαν ἢ πλ. quæ ſane conſtructio alibi quod ſciam non reperitur. Legi poteſt οἰκεῖον ἔχειν τὸ πλεονεκτεῖν, omiſſo εἶναι. aut potius, φύσει μὲν γὰρ πᾶσιν ἡγεμονίαν ἢ πλεονεκτεῖν ἐφιεσθαι. f E *Cod. Busb.* vocabulum παγίως reſtitui in locum ἢ παγείως, quod exiſtimo margini appoſitum ἐξηγήσεως ἕνεκα, & poſtea in textum irrepſiſſe. g Hîc loci ſtructura eſt perplexe compoſita, cujus complura exempla videre eſt apud *H. Steph.* in *Append. de Dial. Att.* p. 127. Alius forſan dixiſſet, ἄδην τῶν κλοπῶν ἔχουσι & mox αὐταῖς χρήσασθαι. h Προκειμένοις *Busb.* i Illud ὑ inſertum dedi è *Cod. Busb.* quod agnoviſſe videtur *Epiphanius*, qui vertit, *quibus largitas temporis non eſt attributa.* dein poſt λαμβάνειν comma (quod in libris deerat) appoſui, ut ſequentia pendeant ab iſtis præcedentibus, ὑδαμῶς ἂν ἀρκέσαι τοὺς ἄθλα τοῖς ἄρχουσι προκειμένους. k Ita *Busb.* quo modo & *Epiphan.* qui vertit, *exemplum etiam eis proferebat.* in *Editis Aliiſque* παραδειγμά τι αὐτοῖς φησι τοιοῦτον ἔλεγεν, aut τοῦτο ἔλεγεν aut φησι redundante. forſan, ὡς φασι τοιοῦτον ἔλεγεν. l Προῆσσαν *Busb.* m Οἰκτίρας in *Editis.* οἰκτείρας αὐτὸν *Busb.* quod ſane mox poſtularet τὴν δυσχέρειαν. n Ηρτο *Busb.* & *Zonar.* o Καὶ ὡς μειζόνως γὰρ ἂν ἀδικήσῃς. & mox ταῖς μὲν γὰρ *Busb.* p Οὐκ ἐφ' ὁμοίως *Busb.* q Νεαλεῖς τῷ λιμῷπεσσαι *Zonar.* r Παραδιδοῖεν *Busb.* s Ita lego. προμηθὴς in *libris.* t Συνεχεῖς *Busb.* u Αφαιρεθησομένῳ τῷ σφίσι *Busb.*

duobus & viginti annis rerum potitus, Judæis duos duntaxat miſerit qui gentis *illius* res adminiſtrārent, Gratum ejuſque in præfectura ſucceſſorem Pilatum. nec talem ſe geſſit erga Judæos, aliumque in cæteros imperio ſubditos. Quin & vinctorum cauſas ſe ſerius aliquanto cognoſcere indicabat, ne capite damnati quibus premuntur malis leventur, id quod facinoroſi iſti nequaquam meriti ſunt; ſed ut angoribus præſentibus, dum diutius in cuſtodia morantur, major accedat calamitas.

Agrippa rogat Antoniam, efficeret ut Tiberius Eutychum audiret.

6. Atque ob hanc quidem cauſam Eutychus ad cognitionem non delatus eſt, ſed in vinculis ſervabatur: tempore vero aliquanto poſt Tiberius Capreis venit Tuſculanum, ſtadiis fere centum ab urbe diſſitum: & Agrippa rogavit Antoniam, efficeret ut tandem audiretur Eutychus, de quibus ipſum accuſaret. Erat autem Antonia magno in honore apud Tiberium, & cognationis gratia, Druſi enim fratris uxor fuerat,& propter pudicitiam: nam florente adhuc ætate vidua manſit, & ſecundas nuptias recuſavit,quamvis eam hortatus eſt Auguſtus ut alicui nuberet, vitamque ab omni probro intactam conſervavit. huc accedebat & privatum beneficium quo maxime devinxerat Tiberium. Magna enim conſpiratione in eum facta à Sejano, (amico viri Antoniæ, & maximam eo tempore poteſtatem habente, quod ipſi mandata erat prætorianorum militum præfectura) & multi è ſenatoribus cum libertis ſeſe ei adjunxerunt, & corruptus erat exercitus, atque conjuratio non mediocres acceperat vires, reſque Sejano *proculdubio* ſucceſſiſſet,niſi Antoniæ audacia ſapientiâ ſuperaſſet Sejani malitiam. quam primum enim intellexit quæ in Tiberium machinati ſunt,omnia ei accuratiſſime perſcripſit, traditiſque literis Pallanti ſervorum ſuorum fidiſſimo miſit eum Capreas ad Tiberium. Ille vero, re cognita, Sejanum occidit & hujuſce conſilii participes; & Antoniam, quam antea magni faciebat, majore in honore habuit, eique in omnibus confidit. Ab hac itaque Antonia rogatus Tiberius ut Eutychum examinaret, "ſi quidem, in-
"quit, mentitus fuerit quod Agrippa iſte dixe-
"rit, Eutychus pœnam ſatis gravem ſubiit,
"quam ipſe ei conſtitui; ſin vero quæſtione
"habita vera eſſe deprehendantur, *videndum*
"ne forte dum pœnas expetit à liberto, faciat
"ut ſupplicium in caput ſuum recidat." At vero Agrippa, cum iſta ei narraſſet Antonia, eo magis precibus contendebat ut res diſcuteretur. Atque Antonia (nam rogare non deſiit Agrippa, multuſque in eo erat) tempus opportunum nacta, (vehebatur enim Tiberius in lectica jacens, præcedente ipſius nepote Cajo una cum Agrippa, cum jam pranſi eſſent) juxta lecticam ambulans, petiit vocari Eutychum & examinari. Ille vero, "Deos, inquit, teſtor,
"Antonia, quod non ex mea ſententia, ſed
"precibus tuis coactus faciam quod facturus

Sejani conſpirationem Cæſari patefacit.

Antonia obtinet à Tiberio ut Eutychus audiretur.

γδ δύο τοὺς τοῖς εἴκοσιν αὐτοκράτωρ γενόμενος, δύο τοὺς πάντας Ιουδαίοις ἐξέπεμψε διοικήσοντας τὸ ἔθνος, Γρᾶτον τε, καὶ Πιλᾶτον, ὃς αὐτοῦ διεδέξατο τὴν ἡγεμονίαν. καὶ οὐκ ὀλίγα μὲν Ιουδαίων τοιοῦτος ἦν, ἕτερος δ' ὅτι τῶν λοιπῶν ὑπηκόων. ἀλλὰ καὶ τὸν δεσμωτοῦ τὴν [a]Ἀντωνολλοῦ τὴν ἀκροάσεως ἀπεσήμηνεν [b]ὑπὸ τῶν δικαιωθεῖσι μὲν θανάτου κύφισιν γενέσθαι τῶν ἐσχάτων κακῶν, αἰφνὶ δὲ μὴ ἐπ' ἀρετῇ τὸ ὅτι τοιούτοις τύχῃ συνελθεῖν· τελουμένοις δὲ ἀχθηδόνι τὴν ὑπακειμένη μείζονα προσφέρειν τὴν δυσχέραν.

ε'. [c]Διὰ μὲν δὴ ταῦτα καὶ Εὔτυχος ἀκροάσεώς τε οὐκ ἐτύγχανε, καὶ [d]δεσμοῖς ἐνέκειτο. χρόνου δὲ ἐγγενομένου, Τιβέριός τε ἐκ τῆς Καπρέων εἰς [e]Τυσκυλάνου προῆλαύνει, ὅσον ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν τῆς Ρώμης. καὶ ὁ Αγρίππας ἀξιοῖ τὴν Αντωνίαν διαπράξασθαι [f]τὸ γενέσθαι τῷ Εὐτύχῃ τὴν ἀκρόασιν ἐφ' οἷς ποτὲ τὴν κατηγορίαν ποιοῖτο αὐτοῦ. [g]τιμία δ' ἦν Αντωνία Τιβερίῳ εἰς τὰ πάντα, συγγενείας τε ἀξιώματι, δρῶσα γὰρ ἦν ἀδελφῆς τοῦ αὐτοῦ γυνὴ, καὶ ἀρετῇ τοῦ σώφρονος· νέα γὰρ χηρεύειν παρέμεινε, γάμῳ τε ἀπείπετο τὸν πρὸς ἕτερον, καὶ τὸν τοῦ Σεβαστοῦ [h]κελεύσαντος τινὶ γαμεῖσθαι, καὶ λοιδοριῶν ἀπηλλαγμένον διεσώσατο αὐτῆς τὸν βίον. ἰδία τε [i]εὐεργέτις ἦν εἰς τὰ μέγιστα τοῦ Τιβερίου. ὀπιθυλῆς γὰρ [k]μεγάλης συστάσης ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ Σηιάνου, φίλου τε ἀνδρὸς, καὶ δύναμιν ἐν ᾧ τότε μεγίστην ἔχοντος διὰ τὸ τῶν πραιτωριανῶν [l]ἡγεμονίαν αὐτῷ, καὶ τῆς τε βυλῆς οἱ πολλοὶ, καὶ τῶν ἀπελευθέρων προσέθεντο, καὶ τὸ στρατιωτικὸν διέφθαρτο, σφόδροπέ τε ἦν ὀπιθυλῆ ὅτι μέγα, καὶν ἐπίφορακτο Σηιάνῳ τὸ ἔργον, μὴ τῆς Αντωνίας τόλμῃ χρησαμένης σοφωτέρᾳ τῆς Σηιανοῦ κακουργίας. ἐπεὶ γὰρ μαθοῦσα ταῦτα ὅτι τῷ Τιβερίῳ [m]συγκέκμηκα, γράφει πρὸς αὐτὸν τὰ πάντα ἀκριβῶς, καὶ [n]Πάλαντι ὀπιθύσα τὰ γράμματα τῷ πιστοτάτῳ τῶν δούλων αὐτῆς, ἐκπέμπει πρὸς Τιβέριον εἰς τὰς Καπρέας. ὁ δὲ μαθὼν, τόν τε Σηιανὸν κτείνει, καὶ τοὺς συνεπιβύλους· τιμῶ τε Αντωνίαν, καὶ πρὶν ἀξιολόγως ἄγων, τιμιωτέραν τε ὑπελάμβανε καὶ πὶ τοῖς πᾶσι πίστιν. ὑπὸ δὴ ταύτης τῆς Αντωνίας ὁ Τιβέριος παρακαλούμενος ἐξετάσαι τὸν Εὔτυχον, "ἀλλ' εἰ μὲν καταψεύσεται, φησὶν "ὁ Τιβέριος, [o]ὅτι Αγρίππᾳ τὰ εἰρημένα, Εὔτυχος ἀρκεῖ-
"σαν κομίζεται παρ' αὐτοῦ τιμωρίαν τοῦ ὀπιτετιμηκα αὐ-
"τός· εἰ δὲ βασανιζομένου ἀληθῆ φανείη τὰ εἰρημένα, μή-
"πω κολάζειν πρῶτον τὸν ἀπελεύθερον [p]ἐπ' αὐτὸν μᾶλ-
"λον καλοῦντι τὸν δίκαιον." καὶ ὁ Αγρίππας ταῦτα φαμένης πρὸς αὐτὸν Αντωνίας, πολλῷ μᾶλλον ἐπέκειτο ἀξιῶν ἐξέτασιν γενέσθαι τοῦ πράγματος· καὶ ἡ Αντωνία, ἐν γὰρ ἀνήρ πολὺς ὢν ὁ Αγρίππας ἐπὶ τοιοῦδε δεῖσθαι, καιρὸν λαβοῦσα τοιοῦτον, ἠρωτᾶτο μὲν Τιβέριος ἐπὶ φορείου κείμενος, προϊόντων Γαΐου τοῦ ἐκείνης υἱωνοῦ καὶ Αγρίππα, ἅπερ ἄρτι δὴ [q]περιπατήσαντε τὸ φορείῳ, παρεκάλει καλεῖσθαί τε τὸν Εὔτυχον, καὶ ἐξετάζεσθαι. ὁ δὲ, "ἀλλ' [r]ἴσων μὲν,
"ἔφη, Αντωνία οἱ Θεοὶ ὅτι μὴ γνώμῃ τῇ ἐμαυτοῦ, ἀνάγκῃ
"δὲ τῆς σῆς προσκλήσεως ἐξαγόμενος, ποιήσω τὰ
"[s]προσ-

a Ἀντωνολλῶ *Busb.* *b* Ὑπὲρ τοῦ δικ. *Busb.* ὑπὸ τοῦ δ. *Gall.* *c* Διὰ μὲν δὴ ταῦτα καὶ Εὔτ. *Busb.* *d* Ita cum *Cod. Busb.* τὰ δεσμὰ ἠνείχετο in *Editis Aliisque.* *e* Iterum cum *Busb.* prout apud *Strabonem.* Τυσκολάνου in *Editis.* Τυσκωλάνου *Vat.* *f* Illud τὸ ἐ *Cod. Busb.* *g* Τιμία δ' ἦν αὐτοῦ Αντωνία Τιβερίῳ *Vat.* & *Hen. 2 pr. m.* *h* Κελεύοντος *Busb.* *i* Ita *Gall.* εὐεργέτης in *reliquis.* *k* Μεγίστης *Busb.* *l* Τῶν ἡγεμονίαν *Busb.* *m* Συνπέφθαρμαι *Busb.* *n* Ita *Gall.* nec aliter *Dio Caſſius.* Παλλαντα in *Editis Aliisque.* *o* Poſt Αγρίππᾳ ſupple ἐστὶ aut ſimile verbum. niſi malis ἐπὶ Αγρίππᾳ, cum ἐπὶ forſan pro ἐπὶ habeat *Busb.* *p* Ἐφ' ἑαυτὸν *Busb.* *q* Ἡδὺ περιπ. *Busb.* *r* Ἰσασιν εἶπον *Busb. Gall.* & *Zonar.*

"[a] περαιώμενα." Ταῦτα εἰπὼν κελεύει Μάκρωνα, "ὃς Σητιανῷ ἀμφάδυχος ἦν, † Εὔτυχον ἀγαγεῖν. [b] ἦ δ' ὅ, ἤδειν εἰς ἀναβολὰς παρ' ὑμῶν. Τιβέριος δ' αὐτὸν [c] ἤρετο, τί καὶ ἔχοι λέγειν κατ' ἀνδρὸς ἐλευθερίαν αὐτῷ παρεσχηκότος. ὁ δὲ φησὶν, "ὦ δέσποτα, [d] ἠρεμοῦντο μὲν "ἐφ' ἁμάξης, Γάϊός τε οὗτος καὶ Ἀγρίππας σὺν αὐτῷ, "ἐγὼ σφῶν ἐζόμην παρὰ τοῖν ποδοῖν, λόγων τε πολλῶν "ἀναχυκλουμένων, Ἀγρίππας φησὶ πρὸς Γάϊον, [e] εἰ "γὰρ ἀφίκοιτό ποτε ἡμέρα ἡ μεταξὺ ὁ γέρων οὗτος "[f] χειροτονοίη σε ἡγεμόνα τῆς οἰκουμένης. ἤδειν γὰρ ἡμῖν "Τιβέριον ὁ ἡμέτερος ἀνὴρ γένοιτ' ἂν ἐμποδὼν ἧττον σοῦ "τελευτῶν· καὶ ἥ τε οἰκουμένη γένοιτ' ἂν μακαρία, κἀ-"γὼ [g] πρὸς αὐτῆς." Τιβέριος δὲ πιστὰ ἡγησάμενος τὰ εἰρημένα, καὶ ἅμα μῆνιν ἀναφέρων τῷ Ἀγρίππᾳ παλαιὰν, διότι κελεύσαντος αὐτοῦ θεραπεύειν Τιβέριον [h] ἡμέτερον αὐτοῦ γεγονότα, καὶ Δρούσου παῖδα ὄντα, ὁ Ἀγρίππας οὐ πάνυ ἦγεν ἀμφιχρυσάμενος τὰς ἐντολὰς, καὶ πᾶς ὡς Γάϊον μετεκάλιζε, τοῦτον μὲν δὴ φησὶ Μάκρωνι δῆσον. Μάκρων δὲ τὸ μὲν ὑ σαφῶς ὅτινα ἂν πραξαίμεν ἐξεπιστάμενος, τὸ δὲ ὑπ' ἂν πρασδοκῶν [i] περὶ τοῦ Ἀγρίππα αὐτὸν [k] βουλεῦσαί τι τοιοῦτον, ἐπαυέτειχεν ἀκριβασόμενος τὰ εἰρημένα. [l] ἐπεὶ δὲ Καῖσαρ περιῳδεύσας ἵππόδρομον λαμβάνει Ἀγρίππαν ἑστηκότα, [m] καὶ μὲν δὴ φησὶ Μάκρων τοῦτον εἶπον δεῖσθαι. τοῦ δὲ ἐπανερομένου ὅντινα οὖν, Ἀγρίππαν γε εἶπεν. καὶ ὁ Ἀγρίππας τρέπεται μὲν κατὰ δέησιν, τοῦ τε παιδὸς ᾧ συνετέθραπτο μνημο-

"sum." Cum ista dixisset, Macroni, qui succesſerat Sejano, imperat Eutychum adducere. Et ille quidem sine mora aderat. Tiberius autem illum interrogabat, quidnam habeat quod diceret contra virum qui ipsum in libertatem vindicaverat? Cui ille, Domine, inquit, vehe- *Accusatio in Agrippam ab Eutycho instituta.*
"bantur in curru Cajus hic & Agrippa cum
"eo, atque ipse ad illorum pedes sedebam, &
"post verba aliquammulta ultro citroque ha-
"bita, Cajo dixit Agrippa, Utinam *tandem*
"veniat dies, quo senex iste decedens te prin-
"cipem orbis terrarum designet. nam Tibe-
"rius ejus nepos minime nobis impedimento
"erit, si à te tollatur: atque orbis *universus*
"felicitate fruetur, eritque ut ego ejusdem
"particeps fiam." Cum autem verba ista Tiberius credibilia existimasset, simulque ejus in animo vetus in Agrippam ira penitus insideret, quod, jussus ab eo Agrippa ut Tiberium nepotem suum Drusique filium coleret, ipsum contra quam mandaverat minus observasset, totumque se ad Cajum contulisset, ad Macronem versus inquit, huic sane injice vincula. At Macro, partim quod non satis intelligeret, quemnam vinciri juberet, partim quod non suspicaretur ipsum quidquam tale de Agrippa statuisse, cunctabatur donec certius sciret quæ dixerit *Tiberius*. Postquam autem Cæsar, cum in circo per orbem iviſſet, Agrippam stantem deprehendit, ædipol Macro, inquit, hunc jussi vinciri. Illo etiam tum requirente quemnam præciperet, Agrippam, inquit. Tum Agrippa ad preces convertitur, filium ei in memoriam revocans cum quo simul fuerat edu- *Agrippa in vincula conjectus.*
catus, & Tiberium cujus institutionis curam gesserat. nihil tamen proficiebat, sed ipsum, ita ut erat purpura amictum, vinctum agebant *satellites*. Atque tum, nam æstus vehemens erat, quod inter vescendum parum admodum vini suppeditaretur, gravis illi accendebatur sitis. fiebatque ut animi nonnihil discruciaretur, remque ferret * indigne. Conspicatus igitur quendam è Caji famulis, Thaumastum nomine, aquam in vase portantem, petiit *aliquantulum* ad bibendum. Illoque porrigente, cum bibisset, "certe, inquit, *quandoquidem*
"*hoc feceris*, tuo bono, ô puer, factum est
"quod mihi ministrasti. cum ex his vinculis
"effugero, nulla in me mora erit quin liberta-
"tem tibi à Cajo impetrem, qui mihi etiam
"vincto, prout antea cum dignitatis speciem
"habuerim, ministrare non gravatus es." Neque mentitus est cum ista diceret, sed gratiam ei reposuit. nam regnum adeptus Thaumastum quam diligentissime, à Cajo, ubi Cæsar factus esset, impetratum manumisit, & rerum suarum curatorem fecit; morienſque hunc filio suo Agrippæ & Berenices filiæ similiter ministraturum reliquit. isque in hoc honore ætate provecta obiit. Et hæc quidem postea contigerunt.

ζ. Ἀγρίππας δὲ τότε δεθεὶς εἱστήκει πρὸ τῆς βασιλείου, πρός τινι δένδρῳ κλιθεὶς ὑπὸ ἀθυμίας, με-

7. Tunc vero Agrippa, dum in vinculis teneretur, cum aliquammultis itidem vinctis ante regiam

[a] Περιχωμένα *Busb.* [b] Καὶ ὃς μὲν ἤδειν *Busb.* [c] Ἤρετο τί κἀ ἔχοι *Busb.* [d] Διωρῦντο *Busb.* ἐωρῶντο in *Editis Aliisque.* [e] Εἰ γὰρ *Zonar.* [f] Χειροτονήσειέ σε *Gall.* [g] Πρὸ αὐτῆς *Busb. Vat.* & *Hen. à pr. m.* ἀπὸ τούτου ἐγὼ *Zonar.* quod *Wolfius* vertit, *atque ego in primis.* [h] Ὑιωνὸν *Busb.* [i] Ita *Busb.* περὶ τῶ Αγρ. in *cæteris.* [k] Προσυξαι τι τ. *Busb.* [l] Ἐπεὶ δ' ὁ Κ. *Busb.* [m] Καὶ μὲν δὴ *Busb.* [n] Περφυείδι *Gall.* [o] Ita *Busb* & *Gall.* ἐπιστῆναι in *Editis Aliisque.* [p] Καὶ τὸ ἀπὸς ἀξίαν *Vat.* & *Hen. à pr. m.* Ista in sua versione omittit *Gelenius*, at *Epiphanius* hoc modo vertit, *unde quoque anxius factus, præter decus atque dignitatem cæpit cuncta respicere, unde posset sibi invenire remedium, & conspiciens quendam ex famulis Caji &c.* [q] Προσλάμενον *Busb.* [r] Illud ὧν è *Cod. Busb.* [s] Ἀνέλιπες *Vat.* [t] Ita cum *Cod. Busb.* γεγενότα in *cæteris.* * *Vel*, non ex æquo.

[a] Τὸν

Quæ Germanus quidam prædixeris Agrippæ in carcere.

regiam ſtabat, præ languore *paululum* recli-
natus in arborem. Cumque ales quidam inſe-
diſſet arbori, in quam ſe rejecerat Agrippa,
(alitem hunc Romani bubonem appellant)
unus è vinctis *natione* Germanus, viſo alite,
quæſivit à milite quiſnam eſſet ille purpura-
tus. cognitoque eſſe Agrippam quidem no-
mine, Judæum vero origine, virumque ex ea
gente nobiliſſimum, rogavit militem, qui ei
vinculis copulatus erat, ut propius accederet
ut cum eo colloqueretur, velle enim ex eo
nonnulla de rebus patriis percontari. Quo im-
petrato, cum ei aſtaret, intercedente interpre-
te, "ô juvenis, inquit, te quidem contriſtat
"tanta ſubito facta mutatio, quæ tibi multam
"magnamque importavit calamitatem. nec
"facile meis verbis fidem habebis, quæ expli-
"cant quid Deus tibi providerit, ut è malis
"præſentibus effugias. Scito vero,(Deos meos
"patrios Deoſque hujus loci *præſides* teſtor,
"quorum voluntate in hæc vincula devenи-
"mus) me dicturum omnia, nihil ut auribus
"tuis darem petulanter loquendo, ſtudiove te
"vana ſpe lactandi. nam hujuſmodi prædictio-
"nes, ſi hallucinatus fuerit vates, revera *ali-*
"*cui* plus afferunt triſtitiæ,quam ſi nihil omni-
"no de illis accepiſſet. itaque æquum duxi
"vel cum meo periculo tibi patefacere quid
"Dii futurum eſſe prænunciant. Fieri *equi-*
"*dem* non poteſt quin tua brevi ventura ſit ex
"hiſce vinculis liberatio; dein ad ſummam
"dignitatem provectus eris & potentiam, &
"omnes beatum te prædicabunt quos tuæ jam
"ſortis miſeret, felicemque habiturus es exi-
"tum, liberis, qui tibi nati ſint, tuas relin-
"quens opes. Memento autem, cum iſtam
"volucrem denuo videris, te quinque poſt die-
"bus moriturum eſſe. Hæc quidem eventura
"ſunt quemadmodum Deus ſignificat, qui
"hunc tibi alitem mittere dignatus eſt. cum-
"que ipſe ea præſciverim, nefas eſſe putabam,
"tecum nolle iſta quæ intelligerem communi-
"care, ut de felicitate futura certior factus,
"leve eſſe exiſtimes quod hoc tempore patia-
"ris. Cum autem ad hanc felicitatem perve-
"neris, fac noſtri quoque memineris, ut cala-
"mitatem, cum qua nunc conflictamur, *tan-*
"*dem* effugiamus." Hoc Germani præſagium
tam videbatur Agrippæ ridiculum,quam poſtea
admiratione dignum eſt habitum. At Anto-
nia graviter ferens calamitatem Agrippæ, pau-
lo quidem difficilius eſſe ſentiebat de eo ver-
ba facere ad Tiberium, prætereaque nihil apud
ipſum precibus loci relictum eſſe: hoc vero à
Macrone aſſequebatur, ut milites viri eſſent
humaniores & modeſti, tam quibus curæ erat
excubias agere quam centurio qui illis præeſ-
ſet & ei *copularetur; utque lavacra ei quoti-
diana concederentur, & liceret libertis & ami-
cis eum adire, atque alia ei indulta eſſent quæ
ad corporis curam facerent. Ingreſſique ſunt

Agrippæ miſeriam in cuſtodia ſolatur Antonia.

μετὰ πολλῶν οἱ ἐδέδεντο. καὶ τινὰ ὀρνέου καθίσαντα ὑπὲρ τοῦ δένδρου ᾧ Ἀγρίππας προσεκέκλιτο, βύβωνα δὲ οἱ Ρωμαῖοι τὸν ὄρνιν τοῦτον καλοῦσι, τῶν δεσμωτῶν τις Γερμανὸς θεασάμενος, ἤρετο τὸν πρεσβύτερον, ὅστις εἴη ὁ ἐν τῇ πορφυρίδι. καὶ μαθὼν μὲν Ἀγρίππαν ὄνομα αὐτῷ, Ἰουδαῖον δὲ τὸ γένος, καὶ τῶν ἐκείνῃ ἀξιολογωτάτων, ἠξίωσε τὸν συνδεδεμένον αὐτῷ πρεσβύτερον, πλησίον ἐλθεῖν ἀφ' λόγων· βούλεσθαι γάρ τινα ἀμφὶ τῶν πατρίων ἔρεσθαι αὐτόν. καὶ τυχὼν, ἐπεὶ πλησίον ἵσταται, δι' ἑρμηνέως, "ὦ νεανία, φησὶ, κατα-
"χθῆ μέν σε τὸ αἰφνίδιον τῆς μεταβολῆς, πολλήν τε ὄ-
"τως καὶ ἀθεσίαν ἐπαγαγὸν τῷ τύχῃ. ἀπιστία δὲ
"σοι τῶν λόγων, οἱ ὅτι [b] φυγῇ κακοῦ τοῦ ἐφεστηκό-
"τος [c] διηγεῖτο τοῦ θείου τῷ προνοίαν. ἴσθι γε
"μὴν Θεοὺς τοὺς ἐμοὺς πατρῴους, καὶ τοὺς τῇδε ἐγχω-
"ρίους, οἷ τόνδε ἐφρουτάνευσαν ἡμῖν σήμερον, ἐπο-
"μνύμενος, λέξω τὰ πάντα, οὔτε ἡδονῇ [d] γλωσσάρ-
"γῳ διδοὺς ἐπ' αὐτοῖς λόγον, ὅτε ἀφαιρεῖς εὐθυ-
"μεῖν σε ἐσπουδακώς. αἱ γὰρ ὅτι τοιοῦσδε προαγο-
"ρεύσεις ὑστερικότος τοῦ ἀποδείξοντος, ἔργῳ χαλε-
"πωτέραν προσίθεσθαι τῷ ἀχθηδόνα, τοῦ μηδ' εἰ
"τῷ ἀκολὺ ἀκροάσασθαι αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐμὸν κιν-
"δυνεύοις ἀβασκαλλόμενος, δίκαιον ἡγησάμενος σοι ἀφα-
"σαφῆσαι τῷ προαγορεύσειν τῶν θεῶν. οὐκ ἔσθ' ὅπως
"οὐκ εὐθέως ἀπαλλαγή τέ σοι τῶνδε τῶν δεσμῶν παρέ-
"σαι, καὶ πρόσ[e] ὅτι μείζων ἀξιώματός τε καὶ
"δυνάμεως, ζηλωτός τε ἂν γένοιο πᾶσιν οἷς νῦν δι' οἵ-
"τινας τὰς τύχας σε λαμβάνουσιν· εὐδαίμων τε ἂν
"[e] παιδὸς τῷ τελευτῇ, [f] παισὶν οἷς εἶεν τὸν ὅλβον κατα-
"λειπόμενος. [g] μνημονεύειν δὲ ὁπότε εἰς αὖθις τὸν ὄρ-
"νιν θεάσαιο τοῦτον, πέντε ἡμέρας σοι τῷ τελευτῷ
"ἐσομένην. Ταῦτα πεπρόῤῥηται μὲν ἡμῖν ὑποσημαίνει
"σοι [h] τὸ θεῖον τὸ ἐξαποστεῖλαι τουτονὶ τὸν ὄρνιν. προ-
"γνώσῃ τε αὐτῷ σύνεσιν τὴν προγενομένην ὑποστερεῖν σε,
"ἄδικον ἡγησάμενον, ὅπως ὀφειλόμενος ἀγαθῶν μέλλοντος
"λυσιτελεῖν, ἐν ὀλίγῳ τὴν ἀχθηδόνα ὧν παρόντος πάθοις. μνή-
"μην δὲ [i] ποιεῖσθαι εἰς χεῖράς σε προσελθόντα ὧν εὐδαί-
"μονος, ᾗ ὧν καθ' ἡμᾶς διαφθειρομένων δυσχέραν ἢ ταυτῃ
"σώσεσθαι." ᾗ ὁ μὲν Γερμανὸς τοσάδε προφητῶν, εἰς τοσόνδε
ὤφλε γέλωτα ὑφ' Ἀγρίππα, ἐφ' ὅσον ἐν τοῖς ὕστερον [k] καλε-
φάνη θαυμάσαι ἄξιος. ἡ δὲ Ἀντωνία χαλεπῶς φέρουσα
[l] τὸν Ἀγρίππα τὴν δυσχέραν, [m] τὸ μὲν Τιβερίῳ περὶ αὐτῶν διαλέ-
γεσθαι, ἐργωδέστερον ἑώρα, ᾗ ἄλλως ἐπ' ἀπράκτοις γενησό-
μενον. εὑρίσκετο δ' αὐτῷ προσὼν Μάκρωνος, στρατιωτῶν τε
μετρίων ἀνδρῶν, οἳ παραφυλάξαι αὐτὸν ἐν φρουρίοις, ᾗ ἐκατο-
νταρχῶν ἐφεστηκότων τε ἐκείνοις ᾗ συνεῖναι ἐσομένων, λου-
τρά τε καθ' ἡμέραν συγχωρεῖσθαι, ᾗ ἀπελευθέρων ᾗ φίλων εἰσό-
δους, τήν τε ἄλλην ῥᾳστώνην ἣ τῷ σώματι γένοιτ' ἄν. εἰσιέναι
τε

a Τὸν διδυμέων *Vat.* & *Hen. à pr. m.* b Ἀποφυγῇ *Buſb.* c Διαιρεῖντο *Gall.* d Γλωσσάλγῳ *Buſb.* e Ita cum *Buſb. Vat.* & *Zonara.* ποσοῖς in *Editis Aliiſque.* f Παισὶν οἷς τὸν ὅλβον in *Editis.* παισὶν οἷς εἶεν τὸν ὅλβον *Vat.* Verum cum πᾶσιν οἷ εἶεν τὸν ὅλβον habeat *Buſb.* & *Epiphanius* in verſione ſua *divitias tuis filiis qui tibi nati fuerint relinques*: reſcribere non dubitarim, παισὶν οἷ εἶεν τὸν ὅλβον κατα-λειπόμενος. g Μνημόνευε *Buſb.* h Θεῖον τὸ ἐξαπ. *Vat.* & *Hen. à pr. m.* ᾗ Θεῖον τὸ *Buſb.* i Ποιεῖ εἰς χεῖρας σοι παρ. *Buſb.* k Καταφάνη τε θαύματος ἄξιον *Vat.* & *Hen. à pr. m.* ἐφάνη θαύματος ἄξιος *Buſb.* l Illa ᾗ Ἀχέρπα inſerui, auctoritate *Cod. Buſb.* & *Epiphanii.* m Τῷ μὲ Τιὸ. *Buſb.* * Is *ſcilicet* cui Agrippas in cuſtodiam traditus erat. nam eadem catena & militem & reum copulabat, teſte *Seneca*, Ep. 5. qua de re videſis *Briſſonium* de *Formulis*, l. 5. p. 474. *Edit. Francof.*

a Cum

τε ὡς αὐτὸν φίλος τε Σίλας, καὶ τ' ἀπελευθέρων Μαρσύας καὶ Στοιχὰς τροφὰς εἰσκομίζοντες ἃς ἔχαιρε, καὶ δι' ἐπιμελείας πάσης ἔχοντες, ἱματιά τε κομίζοντες ἐπὶ τοσαυτοῖσι τοῖς τόποις, ὁπότε νὺξ γένοιτο ὑπεστρώννυσαν αὐτῷ συμπράξει τῶν στρατιωτῶν, Μάκρωνος τοῦ στρατηγικοῦ. καὶ ταῦτα ἐπράσσετο ἐπὶ μῆνας ἕξ, καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀγρίππαν οὕτως εἶχε.

ad eum, Silas amicus, & è libertis Marſyas atque Stœchus, cibum ad comedendum afferentes quo delectabatur, omnemque erga ipſum officioſam ſedulitatem adhibentes. quin & ſtragula quaſi venalia apportantes, noctu ea ipſi ſubſternebant, militibus juſſu Macronis operam ſuam conferentibus. Atque hæc facta ſunt per ſex menſes, reſque Agrippæ ita ſe habebant.

η'. Τιβέριος δ' ἐπανελθὼν εἰς τὰς Καπρέας, ἐμαλακίζετο, τὰ μὲν πρῶτα μετρίως· ἐπιδόσης δ' εἰς τὸ μᾶλλον τῆς νόσου, πονηρὰς ἔχων [b] ἐπ' αὐτῷ τὰς ἐλπίδας, Εὔοδον, ὃς ἦν αὐτῷ τιμιώτατος τῶν ἀπελευθέρων, κελεύει τὰ τέκνα προσαγαγεῖν πρὸς αὐτόν· [c] χρῆζειν γὰρ ἀφικέσθαι, φησί, πρὸ λόγων πρὶν ἢ τελευτᾶν. ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες γνήσιοι μὲν ὑπέτι, Δρῦσος γὰρ δή, ὁ μόνος αὐτῷ γεγονὼς, ἐτύγχανε τεθνεώς· υἱὸς δὲ τούτου κατέλειπτο Τιβέριος, ἐπικαλούμενος Γέμελλος, Γαΐου τε Γερμανικοῦ παῖς ἀδελφοῦ υἱὸς γεγονὼς, νεανίας τε ἤδη καὶ παιδείαν ἐκπεπονηκὼς ἐπὶ πλεῖστον, εὐνοίᾳ τε ὑπὲρ δήμου τιμώμενος, διὰ τὸν Γερμανικοῦ πατρὸς ἀρετήν. ἐπὶ μέγιστον γὰρ δή τινος ἦλθε τοῖς πολίταις τιμῆς, εὐσταθείᾳ τρόπου, ᾗ δεξιότητι ὁμιλεῖν ἀνεπαχθὴς ὤν, ᾗ τὰ ἀξίωσιν κλίνων [d] τῷ βούλεσθαι ἴσος πᾶσιν εἶ). ἐξ ὧν ὁ μόνοι ὁ δῆμος ᾗ ἡ βουλὴ μειζόνως ἦγον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑποτελῶν ἔθνῶν, οἱ μὲν ὁμιλητικότες ἁλισκόμενοι τῇ χάριτι τῆς ὁμιλίας, οἱ δὲ [e] πύσει τῆς ἐκείνου ἀφηγήσεως ἐκπλαγέντες. πένθος τε αὐτῷ τελεσθήσαντος πρώτοις πᾶσιν, ᾗ δεισιδαιμονίᾳ τῆς ἀρχῆς ἐπιψευδομένην τὴν συμφορὰν, λύπῃ δὲ ἀληθεῖ οἰκειουμένων, ἀφ' τὸ ἴδιον τυχεῖν ἑκάστοις τῶν μελάσεσιν αὐτῷ ὑπειλῆφθαι. ὅτε ἀνεπαχθὴς ὁμίλησε τοῖς ἀνθρώποις· ἐξ ὧν μέγα ὄφελος καὶ τῷ παιδὶ αὐτῷ πρὸς πᾶσι [g] κατελέλειπτο· τοῖς τε ἄλλοις καὶ μάλιστα τὸ στρατιωτικὸν ἦρτο, [h] αἱρετὸν ἀεὶ θέμενοι τὸ περὶ τῆς ἀρχῆς ἑκείνῳ περιγεγενημένης, εἰ δεήσοι καὶ τελευτᾶν.

8. Tiberius autem Capreas reverſus, primum quidem modice cœpit ægrotare, morbo vero ingraveſcente, cum de ſalute deſperaret, Euodum, quem ex omnibus libertis maximi faciebat, liberos ad ſe jubet adducere: ſe enim deſiderare, dicebat, ut eos ante obitum alloqueretur. Sui quidem non jam in vivis erant liberi, nam mortuus erat Druſus quem unicum habebat: verum filius hujus Tiberius ſupererat cognomine Gemellus, & Cajus Germanici fratris filius, jam adoleſcens, & doctrina liberaliter inſtitutus, & gratioſus apud populum ob Germanici patris virtutem. Hunc enim populus maximo in honore habuit, quod eſſet moribus bene temperatis, in alloquiis comis & affabilis, quodque princeps dignatione cum omnibus par eſſe voluerit. Quibus fiebat, ut tam ſenatus quam populus majorem in modum eum diligerent colerentque; atque etiam è ſingulis gentibus in provincias redactis, alii quidem ſuavitate ejus in congreſſu & colloquiis capti, alii vero, ubi auditione eorum narrationis ea acciperent. ipſoque mortuo luctum omnes ingentem prætulerunt, non * ex obſervantia in imperium ſimulate calamitatem lugentes, ſed ſincero mœrore eam ut ſuam deplorantes, quod unuſquiſque ejus mortem ſemetipſum propius attingere crediderit. Quæ res & filio ipſius plurimum profuerunt ad omnium benevolentiam conciliandam: interque alios maxime etiam milites adeo devincti tenebantur, ut in lucro deputarent vel mortem, ſi neceſſe eſſet, oppetere, modo ei imperium poſſent aſſerere.

De Tiberio Gemello & Cajo Germanici filio.

Germanicus populi deliciæ.

θ'. Ὁ δὲ Τιβέριος, Εὐόδῳ πρόσταγμα ποιησάμενος τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ τὸν ἕω εἰσαγαγεῖν τοὺς παῖδας, εὐχῇ τοῖς πατρίοις θεοῖς σημεῖόν τι προφανὲς αὐτῷ δεῖξαι περὶ ᾗ ἡγεμονίαν διαδεξαμένῳ, αὐτόθεν μὲν πρὸ ἰδίᾳ τοῦ παιδὸς αὐτῷ καταλιπεῖν, μεῖζον δὲ δόξης τε καὶ βουλήσεως ᾗ αὐτῷ πεπιστευκὼς τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπ' αὐτοῖς [k] ἐπιφανούμενον. οἰόμενος δ' ἂν αὐτῷ προσχήσειν ἐκεῖνον ἥξειν τῇ ἡγεμονίαν, ὃς ἂν τῇ ὑπὲρ ἀφίκοιτο πρὸς αὐτὸν πρότερος. ταῦτα διανοηθεὶς, πέμπει πρὸς ᾗ ἰσχυῇ τὸν παιδαγωγὸν, κελεύων ὑπὸ πρώτην [l] ὥραν ἄγειν τὸν [m] παῖδα πρὸς αὐτὸν, καταμελήσαντα πρατηγίας τὴν Θεὸν ὑπολαμβάνων. ὁ δ' ἀντιψηφίζεν αὐτῇ τῇ χειροβίᾳ. ὁ μὲν δὴ ταῦτ' ἐνθυμησάμενος, ἐπεὶ τάχιστα ἡμέρα ἦν, κελεύει τὸν Εὔοδον εἰσκαλεῖν τὸν παῖδα τὸν παρόντα πρότερον. ἐξελθὼν δ' ἐκεῖνος, καὶ τὸν Γάϊον προσ ᾗ δυσὶν καταλαβὼν ὁ γὰρ Τιβέριος

Augurium Tiberii de ſucceſſore.

9. Tunc autem Tiberius, cum Euodum juſſiſſet poſtridie filios ſummo mane ad ipſum adducere, Deos patrios precatur, ut eum qui in principatum ſucceſſurus eſſet, manifeſto aliquo indicio ſibi oſtenderent, id quidem modis omnibus agens ut nepoti ſuo imperium relinqueret, plus vero ſigno, quod Deus oſtenſurus eſſet, ſiſus, quam ſuæ ſententiæ aut voluntati. Auguriuin itaq; ei propoſitum erat, illi ceſſurum eſſe imperium qui ſequenti die ad ſe prior acceſſiſſet. Cum iſta ſecum reputaſſet, mittit ad nepotis ſui pædagogum, jubens ut prima luce puerum ad ipſum perduceret, †exiſtimans Deum inſuper habiturum eſſe imperatoris munus. Deus autem quod ille deſignavit irritum eſſe juſſit. Quippe cum is ita cogitaſſet, ubi illuxit, juſſit Euodum ut puerum qui prior adeſſet intro vocaret. Ille vero egreſſus, cum Cajum pro cubiculi foribus offendiſſet, (nam Tiberius nondum

a Cum ὁ στοιχὰς habeant *Codd. Gall.* & *Busb.* & *Stechens* occurrat in melioribus *Epiphanii* libris; placuit Στοιχὰς pro Σπυχὰς *Editorum* reſcribere. b Περὶ αὐτῷ *Busb.* c Χρῄζειν γὰρ ἀφικέσθαι σφίσι δ. λ. πρὶν τελευτᾶν *Busb.* d Ita lego cum *Cod. Busb.* ᾗ βούλεσθαι in *ceteris.* e Ita lego. πίστει in *libris.* f Μίγα ὄφελος ἀφ' τότων *Busb.* g Κατελείλειπτο *Hen.* h Αἱρετὸν ἀεὶ θέμενοι ᾗ θεὸν ᾗ *Vat.* & *Hen.* i Διαδεξομένῳ *Busb.* k Καταφανούμενον *Gall.* l Ἡμέραν *Busb.* & *Hen. d pr. m.* m Antea diſtinctum erat, παῖδα, ὃς αὐτὸν. * Quin & aliter verti poteſt, ſi τ' ἀρχῆς referatur ad συμφοράν. † Putans illa ſe numinis ſuperare ſententiam. *Epiphan.*

Cajus imperium præripit Tiberii nepoti.

nondum aderas, cibo ipſi tardiuſculè parato, atque Euodus plane neſciverat quid ſibi voluerit dominus) pater, inquit, te vocat, ſimulque eum introduxit. At Tiberius, ubi Caium aſpicit, tunc primum cogitare cœpit de Dei poteſtate, ſuumq; ſibi plane ereptum eſſe imperium, ut qui non amplius poſſet quod ſibi viſum eſt ſtatuere. Multis itaque & ſeipſum quidem deploravit, cui adempta erat poteſtas ratum faciendi quod jam ante decreverat, itemque Tiberium nepotem ſuum, ut qui ex augurio acto & omni de ſpe imperii deciderit, vitæq; diſcrimen adiret, quod foret ut ejus ſalus ab aliis iiſq; potentioribus penderet, qui non ferendum cenſebunt, ut vitam cum illis ageret, nihil ipſi profutura cognatione, quem metuet ſimul & odio habebit rerum dominus, partim quod proximus ſit imperio, partim quod pro incolumitate utque rerum potiatur inſidias contra tendere non deſinet. Erat autem Tiberius maxime addictus prædictionibus ex natalitiis; ad eas quæ feliciter evenerant vitam exigens, magis quam ii qui ſe totos huic rei dediderant: adeo ut Galbam aliquando ad ipſum venientem conſpicatus, ad quoſdam ei maxime neceſſarios dixerit, ecce homo qui Romanorum imperio aliquando erit honoratus. atque ille maxime omnium ex imperatoribus omni quod vel affine erat vaticinationibus credendum eſſe ratus, eo quod eum *aliquoties* non fefellerint, eas in rebus agendis adhibuit. Et tunc in anguſtiis erat propter eventum qui acciderat, graviter dolens ac ſi nepos jam exſtinctus eſſet, & ſemetipſum accuſans quod de venturis ſolicitus augurio uti voluiſſet. cum enim ſibi, à mœrore vacuo, liceret è vita excedere futurorum ignoratione, *jam* de ſe *plane* actum eſſe, ut qui moriturus eſſet cum præſenſione malorum quæ ſibi chariſſimis eventura erant. Quatuvis autem conturbatus erat, quod inopinato adeo alii, quam ipſe voluerit, imperii vices habituri ſint, Cajo tamen invitus & præter voluntatem dixit, "Fili, etſi Tiberius mihi te "genere propinquior ſit, ego tamen & meo "pte judicio & Deorum ſuffragiis tibi in ma"nus trado Romanorum imperium. te vero "oro atque obſecro, ne ei admotus obliviſca"ris aut meæ benevolentiæ, qui te in tantæ di"gnitatis faſtigium provexi, aut tuæ cum Ti"berio cognationis; ſed, intelligens quod Diis "volentibus & ſecundum eos tantorum bene"ficiorum tibi auctor fuerim, gratiam mihi "referas pro mea ad iſta propenſa voluntate, "Tiberiiique ut cognati rationem habeas: præ"tereaque ſcias, quod ſuperſtes Tiberius tibi "erit imperii ſimul & ſalutis propugnaculum, "interitus vero illius calamitatum origo. peri"culoſa enim ſolitudo in ejuſmodi rerum celſi"tudine conſtitutis; nec Dii inulta patientur "quæ præter jus faſque perpetrata legem de"leant alia agere præcipientem.". Iſta quidem

Tiberius genethliacis deditus.

Cajo imperium & Tiberium Genelii commendat.

ὁ περὶῶ μαντεύμ. τῆς τροφῆς αὐτῷ γιομένης, ᵃ ἦλθεν δ' ὁ Εὔοδος οὐδὲν ὧν ἐβούλετο ὁ δεσπότης· καλεῖ σε, φησὶν, ὁ πατὴρ, καὶ εἰσήγαγεν αὐτόν. Τιβέριος δ' ὡς ἤσθετο Γάϊον, τότε πρῶτον ᵇ εἰς ἐπίνοιαν ἐλθὼν τῆς θείας τ' ἐξουσίας, καὶ ἃ κατ' αὐτὸν ἡγεμονίαν παντελῶς ᶜ ἀφῃρημένην, ὑπερῆν οἷς ᵈ ψηφίσιτο δυνάμεως ἐκεῖθεν αὐτῷ μὴ παραγενομένης. πολλὰ δὴ ᵉ κατωλοφύρατο, αὐτὸν μὲ δ' ἐφ' οἷς προβουλεύσῃ κυρῖν ᶠ ἀφῃρημένον δ κράτος, Τιβέριον δὲ τ' ὑποπτεύοντα, ὡς τῆς τε Ρωμαίων ἀρχῆς ὁμῶς ἁμαρτοι καὶ τ σωτηρίας κεχωρημένον, ἁμὰ δ' ἐπ' ἄλλοις χρειοσύνοις δὲν ἀνεκτὸν ᵍ εἰσηγησαμένων τ' συναναστροφὴν ʰ κεῖσθαι τ σωτηρίαν, αὐτῷ δ' μὴ συγγενῆς ἀφελεῖν δυναμένῳ, φόβῳ τε καὶ μίσῳ δ' ἐφεστηκότος χρησομένῳ πρὸς αὐτὸν, τὰ μὲν ὡς προσηκόντως τῇ ἀρχῇ, τὰ δ' ὡς ἀντιπράττειν ὑπὲρ τε τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἀντιλήψεως τῶν πραγμάτων μὴ ἀφεσόμενον. ἦν δὲ καὶ γενεθλιαλογίᾳ Τιβέριος τὰ μάλιστα προσκείμενος, ⁱ κατὰ τὰ κατορθώματα αὐτῆς μειζόνως τῶν εἰς τόδε ἀνακειμένων ἐχόντως τὸν βίον ᵏ ἐξηγμένον. Γάλβαν οὖν ποτε ἰδόντα μόλον ὡς αὐτὸν εἰσιόντα, φησὶ πρὸς τοὺς ὑπιτιδεστάτους αὐτῷ, ὡς προγένοιτο ἀνὴρ τῇ Ρωμαίων ˡ ποτὲ πιμπόμενον ἡγεμονίᾳ. τά τε πάντα μαντείων ὁπόσοις ἐχόμενος πίθανὰ ἡγούμενον ἡγεμόνων μάλιστα ἀνὴρ ὕτος, ἔτι τῷ ἐπαληθεύοντα αὐτὸν ἐπὶ τοῖς προγεγονόσιν ἐχρῆτο αὐταῖς. καὶ τότε δὲ χαλεποῖς ἐῶ σκυτυχίαι τοῦ γεγονότος, ὡς ἐπ' ὀπολωλότι τῷ υἱεῖ τῷ παιδὸς ἀχθεινὸς ᵐ ἀφηπτήμενον, καὶ κατάμεμψιν αὐτῷ ποιούμενον, ὡσὰτω οἰόπονοι προμηθὲς. παρὸν γὰρ αὐτῷ λύτης ἀπηλλαγμένῳ τελευτᾶν ἀμαθίᾳ τῶν ἐσομένων, ἀφθείρεσθαι τῷ προγεγονότος τοῦ ἐσομένου δυσχερῶν τῷ φιλτάτων τελευτᾶν. καίτοι δὲ σκυτοπραγμένον τῇ τοῦ δόξαν τῆς ἀρχῆς εἰς ὃς ὅλε ἤθελον προσόδα, ἄκων τε καὶ μὴ βουλόμενον φησὶ γῶν πρὸς τὸν Γάϊον, "ὦ παῖ, καί σοι μοὶ συγγενεστέρου Τιβερίου ἢ κατὰ σὲ ὄντα, δόξῃ τε τῇ ἐμαυτῷ, καὶ ⁿ ᾧ "ὁμοψήφῳ ἐπ' αὐτῇ τ θεῶν, σοὶ φέρων ἐγχειρίζω τ Ρωμαίων ἡγεμονίαν. ᵒ ἀξιῶ δὲ σε μηδὲν ἀμνημονεῖν, ὁμοῖ"λησαι αὐτῇ, μήτε εὐνοίας τῆς ἐμῆς, ἃς εἰς τοσόνδε "σε ἀξιώματος καθίστημι μεγέθος, μήτε δ' πρὸς Τι"βέριον συγγενῆς, ἀλλ' ὀπιζόμενον, ὡς αὐτός τε τοῖς θεοῖς "καὶ μετ' αὐτὸς τοιῶνδε σοὶ καθαστήκω ἀγαθῶν πρε"πτὴς, ἀμείβεσθαί μοι δ ἐπ' αὐτοῖς προθύμου, καὶ ἅμα "Τιβερίου φροντίσαι δεῖ τὴν συγγένειαν· ἄλλως τε γι"νώσκων ὡς τεῖχος σοὶ καὶ τῆς ἀρχῆς ὁμῶς καὶ τῆς σωτη"ρίας πρεῖον γίνοιτο δὲ Τιβέριος, φεύγων δὲ τὸ δυσ"χὲς μεθιστάμενος. αἵ τε χαλεπωτάτους ὀπιπλήσσων τοῖς "εἰς τελευτὴν πραγμάτων ὄγκοι ᵖ καταπαύσει, ᵍ καὶ "θεοῖς ὐκ ἀτιμώρητα ὁπόσα παρὰ δίκην πραττόμενα ὁρᾷ "τις δ' ἡμᾶς ὃ ἑτέρως προέσεται παραχαλῶν." ταῦτα μὲ ὁ Τιβέ-

ᵃ Ita lego cum *Cod. Busb.* ſavente aliquantulum *Epiphanio.* antea erat, χαιμένης, ἦλθε δὲ ἀλλ' ὧν ἐβούλετο. ᵇ Εἰς ἔννοιαν *Busb.* ᶜ Ita diſtinxi, cum in *Editis* eſſet ἀφῃρημένον ἐπικυρῶν οἷς ψηφίσατο, δυνάμεως &c. ᵈ Ψηφίσατο *Gall.* ᵉ Ita *Busb.* & *Epiphan.* κατολοφυράμενον in *cæteris.* ᶠ Αφῃρημένῳ *Vat.* ᵍ Ita pro εἰσηγησαμένων vel εἰσηγησαμένῳ ut in *Editis Aliiſque.* ʰ Hoc modo diſtinxi. prius erat, κεῖσθαι, τῶν σωτηρίαν αὐτῷ δ μὴ &c. ⁱ Ita legendum cenſui levicula cum mutatione. antea erat, ἐν κατορθώμασι αὐτῆ μειζόνως τ. ἰ. τ. ἀ. ἐκόντων τ. β. ἐξηγμένον. nullo plane ſenſu. ᵏ Κατεξηνεγκότα *Vat.* & *Hen.* à pr. m. κατεξηνεγκὼν *Gall.* ˡ Sic *Busb.* ποτὲ πιμπόμενος in *Editis Aliiſque.* ᵐ Διακείμενος *Busb.* ⁿ Τῇ ὁμοψήφῳ *Busb.* ᵒ Αξιῶ τε σὲ μὴ ἀμνημονεῖν *Busb.*

ᵖ Ita lego. καπαίσειν in *libris.* ᵍ Οὐ γὰρ ἀτιμώρητα τοῖς θεοῖς *Busb.*

ὁ Τιβέριος ἔλεγεν, ὑμῖν μὲν πιθανὸς ὢν τῷ Γαΐῳ καὶ τῷ ὑποχουμένῳ· ἀλλὰ καταξαὶς εἰς τὴν ἀρχὴν, τόν τε Τιβέριον μαντείας [a] αἱρεῖται τὰς ἐκείνου, καὶ τὸν, ὑπὸ βουλῶν [b] ἐπ' αὐτὸν συντεθεισῶν, μετ' οὐ πολὺ τελευτᾷ.

Cajus Tiberium nepotem Tiberii tollit.

loquutus est Tiberius, haud tamen Cajo persuadebat, licet ita facturum recipiebat: sed in imperio collocatus, & Tiberium *Tiberii nepotem* juxta illius præsagium tollit, & ipse non multo post ex insidiis in semet structis interemptus est.

ι'. Τιβέριος δὲ [c] τότε μὲν Γάϊον ἀποδείξας ἀφόδρα τὰς ἡγεμονίας, ὀλίγας ὑπερθέσθαι ἡμέρας, ἔφασκε, καὶ αὐτὸς τὴν ἀρχὴν [d] ἡμέρας τρεῖς καὶ πέντε μῆνας, πρὸς ἑαυτοῦ δυοῖν καὶ εἴκοσι. Γάιος δὲ ἦν αὐτοκράτωρ τέταρτος. [e] Ῥωμαῖοι μὲν δὴ, πύσει τῆς Τιβερίου τελευτῆς, εὐφραίνοντο μὲν τῷ ἀγαθῷ τῆς ἀγγελίας· ὑμῖν μὲν πιστεύειν γε θάρσος ἦν αὐτοῖς, ὑπὸ μὴ βούλεσθαι, [f] πρὸς πολλῶν γὰρ ἂν ἐτίμησαν χρημάτων τὸ ἐπαληθεῦσαν τοὺς λόγους, δέει δὲ μὴ ψεύδους τῆς ἀγγελίας γενομένης προεξαναλώσαντες ὑπὲρ ὧν ὑμῖν χάρματος, εἶτ' [g] ἀπόλοιντο ἀφθονίας αὐτοῖς γενομένης. πλεῖστα γὰρ ἀνὴρ εἷς ἅπας Ῥωμαίοις τοὺς εὐπατρίδας εἰργάσατο δεινὰ, δυσόργητος ὑπὲρ πᾶσιν ὤν, καὶ ἀνήκεστος εἰς τὸ ἐργάζεσθαι καταξαὶς, εἰ καὶ χρεὼς λόγου τὴν αἰτίαν ἐπανέλοιτο τοῦ μισεῖν, καὶ ὑπὲρ πᾶσι μὲν οἷς κείνοιεν ἐξαγριῶν φύσιν ἔχων, οἷς θάνατόν τε καὶ τὴν κυφοτάτην ἀναπηδεῖς τὴν ζημίαν. ὥστε ἡδονῇ τε ἐπ' αὐτοῖς λόγοις φέροντες τὴν ἀκρόασιν, εἰς ὅσον ἐβούλοντο ἀπολαύσασι χρῆσθαι ἐκεκώλυντο δείμασι κακῶν, ἃ προσωκεῖτο ψευσθεῖσι τῆς ἐλπίδος. Μαρσύας δὲ τοῦ Ἀγρίππου ὁ ἀπελεύθερος, πυθόμενος [h] Τιβερίου τὴν τελευτὴν, [i] ἔθει δρομαῖος [k] τῷ Ἀγρίππᾳ [l] ἀγγελιάμενος. καὶ καταλαβὼν ἐν ἐξόδοις ὄντα εἰς τὸ βαλανεῖον, συνθέσας πρὸς αὐτὸν, γλώσσῃ τῇ Ἑβραΐδι, [m] πέθηκεν ὁ λέων, φησίν. ὁ δὲ συνέσεώς τε τοῦ λόγου ποιησάμενος, καὶ χάρματι τῷ ἐπ' αὐτῷ προενεχθεὶς, "ἀλλά σοι "τὰ ἁπάντων καὶ τὰ ὅτι τῶνδε εὐαγγελίας χάριτες ἐν ἐμοὶ "παντοίαις "γένοιτ', μόνον ἂν ἀληθῆ τὰ λεγόμενα εἴη." καὶ ὁ ἑκατοντάρχης, ὅς γε τῇ φυλακῇ ἐφειστήκει τοῦ Ἀγρίππα, θεώμενος τὴν τε προθυμίαν μεθ' οἵας ὁ Μαρσύας ἀφίκετο, καὶ τὸ ἐκ τῶν λόγων χάρμα [o] Ἀγρίππα συνελθὸν, ἐπιστοπίσας τινὰ γενέσθαι τῶν λόγων, [p] ἤρετο σφᾶς περὶ τοῦ λόγου τοῦ ἐφεστηκότος. οἱ δὲ τέως μὲν παρέτρεπον, ἐγκειμένῳ δὲ ἀποσημαίνει ὁ Ἀγρίππας, ἤδη γὰρ φίλος ἦν, μηδὲν ὀκνιάσας. ὁ δὲ ἐκοινῶτό τε τῇ ἡδονῇ τοῦ λόγου, διὰ ὃ εἰς ἀγαθὰ τῷ Ἀγρίππᾳ φέρειν, προσέπιθέν τε αὐτῷ δεῖπνον. [q] εὐωχημένῳ δ' αὐτῷ, καὶ τοῦ πότου προϊόντος, παρῆν τις λέγων, ζῆν τε τὸν Τιβέριον, καὶ ὀλίγων ἡμερῶν ἐπανήξειν εἰς τὴν πόλιν. καὶ ὁ ἑκατοντάρχης δεινῶς θορυβηθεὶς τῷ λόγῳ, [r] ἀφ' ὃ εἰς θάνατον ἀνακείμενα παραχήνας, δεσμώτην τε καὶ ἐπ' ἀγγελίᾳ θανάτου Καίσαρος συνδιπτᾶσθαι μετὰ χάρματος,

Ex Tiberii morte magna populi lætitia.

10. At Tiberius, cum eo tempore Cajum principatus successorem declarasset, paucis diebus *huic rei* superstes vita decessit, postquam imperium tenuisset annos duos & viginti, ac præterea menses quinque & dies tres. Cajus autem quartus *Romanorum* erat imperator. Cumque Romanis quidem de morte Tiberii allatum esset, ex bono nuncio in sinu gaudebant, vix tamen ausi sunt inducere animum ut crederent, non quod id *magnopere* non vellent, nam verum esse quod nunciaretur vel ingenti pecunia redemptum irent; sed quod vererentur ne vano rumore ante tempus excitati gaudium suum proderent, deinde accusatione in eos instituta male perirent. Ille enim unus omnium patriciis Romanis mala quamplurima intulerat: homo ex qualibet re iracundia inflammatus, & qui ab ea exercenda cohiberi non potuit, etiamsi odii in aliquem temere causam arripuisset, & natura quidem proclivis ad sæviendum pro arbitrio, mortemque vel levissimorum supplicium constituens. adeo ut cum rumorem de eo sparsum libentissime audirent, lætitia perfrui quantum vellent inhibiti fuerint malorum metu, quæ frustrata spe ante oculos versabantur. Marsyas vero Agrippæ libertus, audita Tiberii morte, contento cursu Agrippæ nunciatum properabat; cumque ipsum forte offendisset in via quæ duceret in balneum, admoto ei capite, sermone Hebraïco, mortuus est, inquit, leo. Ille vero, cum probe norit quid sibi vellet istis verbis, & inde lætitia gestiret, "at tibi, inquit, tum "pro cæteris officiis, tum pro læto hoc nuncio, "gratias omnes & ago & habeo, modo vera sint "quæ nuncias." Tum centurio, qui præerat custodiæ Agripppæ; cum animadvertisset qua festinatione accederet Marsyas, & quantum gaudii ex illius verbis obortum esset Agrippæ, suspicatus sermonem illis fuisse de re nova, *protinus* eos interrogavit, de sermonibus quos inter se conferrent. Illi vero primum quidem diverticula quærebant, cum autem instaret *centurio*, Agrippa ei, ut qui jam amicus esset, sine mora omnia aperit. Atque ille ex iis voluptate cum eo communi fruebatur, quod in rem facerent Agrippæ; eique epulas apposuit. Cum autem iis adhiberetur, & meliuscule biberent, aderat quidam, nuncians Tiberium vivere, & eis paucos dies in urbem reversurum esse. Tunc centurio his verbis graviter turbatus, quod ea fecerat ex quibus vitæ discrimen adiret, ut qui morte Cæsaris audita hilariter cum vincto epularetur,

Marsyas Agrippæ Tiberii mortem nuncias.

Rumor it Tiberium adhuc vivere.

a Αἱρεῖται *Busb.* forsan αἱρεῖ ταῖς. *b* Ἐπ' αὐτοῦ *Busb.* *c* Illud τότε è *Cod. Busb.* & *Epiphan.* *d* Cn Acerronio Proculo & C. Pontio Nigrino Coss. mortem obiit XVII. Kal. Apr. (*Suet. Tib. c. 73. Tacit. Ann.* VI. 50.) seu potius VII. sive Martis die XXVI. quum post Augusti excessum imperasset annos XXII. menses VII. dies VII. ut refert *Dio* in fine libri 58. non menses V. dies III. ut hic loci. nec menses VI. dies III. ut in *lib. 2. de Bello.* *Usserius* in *Annalibus* ad A. M 4750. *Zonaras*, qui *Josephum* solet exscribere, habet μῆνας ἑπτὰ καὶ ἡμέρας ἴσας. Videsis *Pagi Criticam* ad *Baron.* p. 29. *e* Ῥωμαίοις ἧκε μὲν πύσις τῆς Τ. τ. εὐφραίνοντό τε τῷ ἀγαθῷ τ. ἀ. ὑ μὴ ἐπίστευον. ὑ τῷ μὴ β. *Busb.* *f* Illud πρὸς non agnoscit *Busb.* qui mox habet ἐτιμήσαντο, & dein ἐπαληθεῦσαν. *g* Ita *Busb.* ἀπόλοιντο in *cæteris.* *h* Τοῦ Τιβερίου *Busb.* *i* Ὡθεῖτο *Busb.* *k* Ita cum *Cod. Busb.* τὸν Ἀγρίππαν in *cæteris.* *l* Est qui malit ἀγγελιάμενος. nihil tamen mutare volui, licet simplex ἀγγελιάζομαι, à quo ἀγγελιάμαι, raro occurrat. *m* Familiare erat Judæis tyrannice dominantes appellare *Leones*, ut constat ex 2 *Tim.* c. 4. v. 17. *Esth.* c. 14. v. 13. & *Ezech.* c. 19. Videsis *Grotium* ad 2 *Tim.* c. 4. v. 17. & *L. Cappellum* in *Spicilegio* ad *Tim.* loco citato. *n* Illud ἂν è *Cod. Busb.* qui etiam γένοιτο habet. *o* Τῷ Ἀγρίππᾳ *Vat. p. Al.* εἶρετο. *q* Εὐωχημένων δ' αὐτῶν *Busb.* *r* Ὡς εἰς θάνατον ἀνακείμενα παραχάς *Busb.* *f* Αὐτοκράτορος συνδιατριβόμενος *Busb.*

Agrippa arctiorem in custodiam datur.

β'. Ὁ δὲ τοῦ τεθνεῶτος υἱὸς Ἀγρίππας ὑπὸ Ῥώμης ἦν ὑπὸ τῷ χρόνῳ τούτῳ, τρεφόμενος παρὰ Κλαυδίῳ Καίσαρι. πυθόμενός γε μὴν Καῖσαρ ὅτι τέθνηκε μὲν Ἀγρίππας, Σεβαστηνοὶ δὲ καὶ Καισαρεῖς ὑβρίκασιν εἰς αὐτόν, ἐπ' ἐκείνῳ μὲν ἤλγησεν· ὅτι δὲ τοὺς ἀχαριστήσαντας ὠργίσθη. πέμπει οὖν εὐθέως ὁρμητὸν τὸν νεώτερον Ἀγρίππαν τῶν πατρῴων βασιλείαν ὑποδεξόμενον, ἅμα βουλόμενος ἐμπεδῶσαι τοὺς ὀμωμοσμένους ὅρκους. ἀλλὰ τῶν ἐλευθέρων καὶ φίλων οἱ πολὺ παρ' αὐτῷ δυνάμενοι ἀπέτρεψαν, σφαλερὸν εἶναι λέγοντες, κομιδῇ νέῳ καὶ τοῖς παιδὸς ἐκδεδομένοις χρόνοις ὑπερέχειν [p] βασιλείας τηλικοῦτον μέγεθος, ᾧ μὴ δυνατὸν τὰς τῆς διοικήσεως φροντίδας ὑπενεγκεῖν, καὶ τελείῳ δ' εἶναι βαρὺ βάσταγμα

2. Defuncti autem filius Agrippa eò tempore Romæ erat, apud Claudium Cæſarem educatus. Atqui Cæſar, cum auditione accepiſſet mortuum eſſe Agrippam, quodque Sebaſteni & Cæſarenſes contumelioſi in eum exſtitiſſent, illius quidem cauſa indoluit, ingratis autem hominibus *vehementer* iratus eſt. Itaque in animo habuit Agrippam juniorem è veſtigio mittere ut in regnum ſuccederet, volens etiam fidem jurejurando datam confirmare. Sed liberti & amici, qui plurimum apud eum poterant, diſſuaſerunt; periculoſum eſſe dicentes adoleſcentulo admodum, & qui nondum ex ephebis exceſſerat, tantæ magnitudinis regnum committere, qui haud ferendo erat adminiſtrationis curas, cum & adulto grave onus ſit imperii *Agrippa, Agrippæ filius.* *Claudius de eo in patris regnum mittendo cogitat.* *Diſſuadent amici.*

a Illud τῶν è *Cod. Busb.* b Τῷ τρόπῳ τούτῳ *Busb.* c Τῷ πατρὸς *Busb.* d Δρουσίλα *Busb.* nec aliter *Photius* in *Cod.* 238. *fol.* 796. e Καθωμολόγητο *Busb.* & *Vat.* f Ἰουλίῳ non agnoſcunt *Epiphanii* codices. & Ἀρχελάῳ habet *Busb.* g Illud Ἀντιόχου inſertum dedimus auctoritate *Cod. Busb.* & *Epiphanii.* h Ita *Voſſ.* & *Busb.* τὰ in *reliquis.* i *Photius* (*Cod.* 238. *fol.* 976.) ipſas Agrippæ filias ſic raptas fuiſſe dicit. k *Al.* ἁρπάσαντες ὁμοθυμαδὸν, ἐκόμισαν. l Ἐπὶ τῶν τοίχων δ. *Busb.* m Ὃς καὶ πόλεις αὐτοῖς ἔκτισε *Busb.* n Vide *Antiquitatum* lib. 15. c. 9. & 10. & lib. 1. de *Bello Jud.* c. 16. o Multo aliter legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *Et commocatis amicis inſcivit, quod deliberaverat ſuper commendato ſuæ fidei puero, interrogans quid & ipſis videretur utrum cogitata de hoc manere vel non deberentur. Qui, perſpecto Cæſaris animo, prudentius aliquid conſiliati ſunt, collaudantes quidem benignitatis ejus propoſitum, voluntatem autem ejus incautam eſſe dicentes, ut puero, qui nec infantiles annos exceſſerat &c.* p Βασιλείαν *Busb.* nec βασιλείας nec βασιλείαν agnoſcit *Voſſ.*

Vice Agrippæ mittitur Fadus procurator.

imperii moles. Eos igitur Cæſar veriſimilia loqui exiſtimavit. adeoque Cuſpium Fadum miſit, qui Judææ totiuſque regni præſes eſſet; defuncto hoc honoris tribuens, ne Marſum, cum quo Agrippæ erant inimicitiæ, in regnum ejus induceret. Ei autem decretum erat in primis Fado mandare, ut Cæſarenſes & Sebaſtenos ob injurias caſtigaret defuncto illatas, factaſque filiabus ejus adhuc viventibus contumelias; alam vero Cæſarenſium & Sebaſtenorum & quinque cohortes in Pontum trajici juſſit, ut ibidem militarent: militumque è Romanis legionibus, quæ in Syria erant, totidem numero delectum haberi, qui locum eorum ſupplerent. Haud tamen ex juſſu illius migrarunt. Miſſa enim legatione flexerunt Claudium, atque id aſſequuti ſunt ut in Judæa manerent: qui in temporibus ſequentibus maximarum calamitatum Judæis initium fuerunt, jactis ab illis belli ſub Floro ſeminibus. Unde Veſpaſianus, cum Judæam viciſſet, ut paulo poſt dicemus, eos è provincia eduxit.

Ei mandatum ut pœnas exigeret à Cæſarenſibus & Sebaſtenis.

Belli Judaïci ſemina ſub Floro jacta.

βασιλέαν. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ εἰκότα λέγειν ὁ Καῖσαρ. ἔπαρχον οὖν τῆς Ιουδαίας καὶ τῆς ἁπάσης βασιλείας ἀπέστειλε Κύασπον Φάδον, ᾧ κεκοινωμένῳ διὰ τὴν τιμὴν ὃ μὲν Μάρσον ἐπαγαγεῖν [a] εἰς βασιλείαν αὐτῷ διάφορον. ἐγένετο δὲ τοῦτο πάντων ὅπλων Φάδῳ, Καισαρεῦσι καὶ Σεβαστηνοῖς ὅπλα πλῆξαι τὰ εἰς τὸ κεκοινωμένον ὕβρεως καὶ παροινίας εἰς τὰς ἔτι ζώσας, τὰ δὲ ἄλλα δὲ τῷ Καισαρέων καὶ τῷ Σεβαστηνῶν, καὶ τὰς πέντε σπείρας εἰς Πόντον μεταγαγεῖν, ἵνα ἐκεῖ στρατεύοιντο. τὰ δὲ ἐκ Συρίας Ρωμαϊκῶν τάγματα ὅπλίζαι στρατιώτας κατ' ἀριθμὸν, καὶ τοὺς ἐκείνων ἀναπληρῶσαι τόπον. οἱ μὲν οὐ κελευσθέντες μετέστησαν. πρεσβευσάμενοι γὰρ Κλαύδιον ἀπεμειλίξαντο, καὶ μένειν [b] ὅτι τῆς Ιουδαίας ἐπέτυχον [c] οἱ καὶ τοῖς ὕστερον χρόνοις τὰ μέγιστα Ιουδαίοις ἐγένοντο συμφορῶν ἀρχὴ, ὅ τε Φλώρου πολέμου σπέρματα [d] βαλόντες. ὅθεν Οὐεσπασιανὸς κρατήσας, ὡς μετ' ὀλίγον ἐροῦμεν, [e] ἐξήγαγεν αὐτοὺς τῆς ἀρχῆς.

Finis Libri decimi noni.

Τέλος τοῦ βιβλίου δεκάτου καὶ ἐνάτου.

a Εἰς τὸ βασίλειον αὐτοῦ, ἵνα διάφορον τοῦτον ἐγένετο. οἱ δὲ πάντων ὅπλων ἐκίνησε *Bunb.* & *Gall.* b Τοῖς Ιουδαίοις *Bunb.* c Οἱ καὶ τ. λ. χ. τ. μ. l. ἐγένετο *Bunb.* d Λαβόντες *Bunb.* λαβόντος in *Editis Aliisque.* ipſe vero βαλόντες prætuli. e Ἐξέβαλεν αὐτοὺς τῆς ἀρχῆς *Bunb.* quod ſuſpicor eſſe interpretamentum vulgatæ lectionis.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗ ΕΙΚΟΣΤΗ

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO VIGESIMO HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ HÆC CONTINENTUR.

1. *Quomodo Claudius Cæſar poſt Agrippæ mortem Fadum in Syriam miſit, ut res procuraret.*
2. *Diſſidium inter Philadelphenſes & Judæos Perææ incolas de Miæ vici finibus: utque Fadus, multis Philadelphenſium ab iſtis occiſis, vehementer iratus, tres primores Judæorum in Peræa comprehenſos interfecit.*
3. *Quomodo Tholomæus latronum princeps, dum popularetur Arabas, captus & ad Fadum adductus perimitur.*
4. *Quomodo Fadus & Caſſius Longinus Syriæ præſes, cum aſcendiſſent in Hieroſolyma, juſſerunt primores Judæorum in caſtellum Antoniam deponere tunicam talarem & ſtolam pontificiam, ut eſſet in Romanorum poteſtate quemadmodum olim fuerat.*
5. *Judæorum hac de re ſupplicatio ad Fadum & Longinum, eos rogantium, ut legatos ſibi liceat ad Claudium Cæſarem mittere de ſacra ſtola ſervanda.*
6. *Ut Fadus, datis obſidibus, illis annuit.*

α'. [a] Ως Κλαύδιος Καῖσαρ μετὰ τὸν Ἀγρίππα τελευτὴν Φάδον ἔπεμψεν εἰς Ιουδαίαν, ἐπίτροπον [b] πραγμάτων ἐσόμενον.

β'. Στάσις Φιλαδελφέων πρὸς τοὺς ἐν τῇ Περαίᾳ κατοικοῦντας Ιουδαίους περὶ ὅρων κώμης Μιάς· ἧς ὄντος τούτων πολλῶν ἀναιρεθέντων Φιλαδελφηνῶν, Φάδος ἀγανακτήσας, τοὺς ἐν Περαίᾳ Ιουδαίων τοὺς πρώτους τρεῖς ἄνδρας λαβὼν ἀπέκτεινεν.

γ'. [c] Ως Θολομαῖος ὁ ἀρχιλῃστὴς, τοὺς Ἄραβας λῃστεύων, ληφθεὶς καὶ ἐπὶ Φάδον ἀχθεὶς ἀνῃρέθη.

δ'. Ως Φάδος καὶ Κάσσιος Λογγῖνος ὁ τῆς Συρίας ἡγεμὼν, ἀναβάντες εἰς Ἱεροσόλυμα, τοῖς πρώτοις τῶν Ιουδαίων ἐκέλευσαν τὸν ποδήρη [χιτῶνα] καὶ τὴν ἱερὰν στολὴν ἐν τῇ Ἀντωνίᾳ καθίστασθαι, [κειμένην] ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἐξουσίᾳ, καθὰ καὶ πρότερον ἦν.

ε'. [d] Παράκλησις [e] ἐπὶ τούτῳ τῶν Ιουδαίων πρὸς Φάδον καὶ Λογγῖνον, αἰτιώντων αὐτοὺς δωρεὰν πέμψαι πρεσβείαν πρὸς Καίσαρα Κλαύδιον περὶ τούτου.

ς'. Ως Φάδος, λαβὼν ὁμήρους, ἐπέτρεψεν.

ζ'. Ως

a Ita *Vat.* & *Gall.* in *Editis Aliisque* deeſt hoc ſummarium. b Illa πραγμάτων ἐσόμενον ſolus agnoſcit *Gall.* c Hoc ſummarium debemus *Cod. Gall.* d Ita *Gall.* παρακλήσεις ἐπὶ τ minus recte in *Cod. Bunb.* e Ita reſcripſi. ἐπὶ τούτῳ in *libris.*

ζ'. Ως Κλαύδιος Καῖσαρ, ωδ ηκληθεὶς ὑπ' Αγρίππα τ νεωτέρυ, συνεχώρησε τοῖς Ιυδαίοις τὰ αἰτήματα, καὶ πρὸς Φάδον ἔγραψε περὶ τύτων.

η'. Οτι τρόπον Ελένη τ Αδιαβηνῶν βασιλὶς, καὶ οἱ παῖδες αὐτῆς Μονόβαζος καὶ Ιζάτης ἐς τὸ πᾶν γένος αὐτῶν ἐζήλωσαν τὰ Ιυδαίων ἔθη.

θ'. Ως Τιβέριος Αλέξανδρος, ἐπίτροπος εἰς Ιυδαίαν ἐλθὼν, τὰς ὑπὸ Ιούδα τ Γαλιλαίυ τ ὄχλον ἀπατῶντας ἐκόλασεν.

ι'. Περὶ τ λιμ τ γενομένυ κατὰ τὴν χώραν.

ια'. Κυμάνυ ἄφιξις εἰς τὴν Ιυδαίαν, ἐπιτρόπυ πεμφθέντος ὑπὸ Καίσαρος.

ιβ'. Ως Ηρώδυ τελευτήσαντος τ Χαλκίδος βασιλέως, Αγρίππας ὁ νεώτερος τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, δόντος αὐτῷ Κλαυδίυ Καίσαρος.

ιγ'. Ως ἐπὶ τύ Κυμάνυ πολλοὶ τ Ιυδαίων κατὰ τὸ ἱερὸν ἀπώλοντο.

ιδ'. Στάσις Ιυδαίων πρὸς Σαμαρεῖς, καὶ ὡς πολλοὶ διεφθάρησαν τ Σαμαρειτῶν.

ιε'. Ως [a]Οὐμμίδιος Κυαδράτος ὁ τ Συρίας ἡγεμὼν, ἀκέσας ταῦτα καὶ ἀναβὰς εἰς Ιυδαίαν, τὰς πρώτυς τ Ιυδαίων καὶ Σαμαρειτῶν ἐκέλευσεν εἰς Ρώμην ἀναβῆναι, ὁμοίως καὶ Κύμανον τ ἐπίτροπον, καὶ Κέλερα τὸν χιλίαρχον, λόγον ὑφέξοντας Κλαυδίῳ Καίσαρι πρὸς τ πεπραγμένων· τινὰς δὲ τ Ιυδαίων αὐτὸς ἐκόλασεν.

ιε'. Ως Κλαύδιος ἀκέσας αὐτῶν, τὰς μὲν Ιυδαίυς τ αἰτίας ἀπέλυσε, ωδηκληθεὶς ὑπὸ τ βασιλέως Αγρίππα, Κύμανον δὲ ἐξώρισε, Κέλερα δὲ τ χιλίαρχον, καὶ τὰς πρώτυς τ Σαμαρειτῶν ἐκόλασεν.

ιζ'. Οτι τρόπον, Κλαυδίυ τελευτήσαντος, Νέρων τὴν ἀρχὴν διεδέξατο.

ιη'. Ως Φῆλιξ, ἐπίτροπος πεμφθεὶς, καὶ καταλαβὼν τὴν χώραν κεκακωμένην ὑπὸ τ λῃστῶν, πρυνόησε τ, διαφθείρας αὐτὰς, εἰρήνην ἐν τῇ χώρᾳ κατασῆσαι, τ δὲ πρῶτον τ λῃστῶν Ελεάζαρον ὄνομα δήσας εἰς Ρώμην ἀπέπεμψεν.

ιθ'. Ως ἐπιδημήσαντος Αἰγυπτίυ γόητος, καὶ πολλῶν Ιυδαίων ὑπ' αὐτὸ πλανηθέντων, Φῆλιξ, ἐπελθὼν αὐτοῖς, πολλὰς ἀπέκτεινεν.

κ'. Ως στασιάζοντας Ιυδαίων τὰς πρώτυς ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τὸν Σύρυς Φῆλιξ ὁ ἐπίτροπος ἔπαυσεν.

κα'. Ως Πορκίου Φήστυ πεμφθέντος εἰς τὴν Ιυδαίαν ἐπιτρόπυ, συνέβη κακωθῆναι τὴν χώραν ὑπὸ τ [b]Σικαρίων. περὶ ὧν βραχὺ ἔσωθεν ἱερῶ, καὶ ὃν τρόπον ὕβρισαν αὐτὴν οἱ Ιυδαῖοι.

κβ'. Ως Φῆστος, ἀχαναχτήσας ἐπὶ τύτῳ, τὰς πρώτυς τ Ιυδαίων εἰς Ρώμην ἔπεμψε πρὸς Νέρωνα, πείσοντας αὐτὸν περὶ τ πεπραγμένων.

κγ'. Ως, τελευτήσαντος Φήστυ ἐν τῇ Ιυδαίᾳ, Αλβῖνος ἦλθε διάδοχος.

κδ'. Ως ἐπὶ τύτυ ἐπαύσαντο οἱ Σικάριοι τὴν χώραν κακοποιοῦντες.

κε'. Ως Φλῶρος, ἐλθὼν Αλβίνῳ διάδοχος, τοσαῦτα διέθηκε τὰς Ιυδαίυς κακὰ, ὡς ἀναγκάσαι αὐτὰς ἐφ' ὅπλα χωρῆσαι.

7. *Quomodo Claudius Cæsar, supplicante ei Agrippa juniore, cessit Judæorum precibus, & ad Fadum de illis scripsit.*

8. *Quemadmodum Helena Adiabenorum regina, ejusque filii Monobazus & Izates cum tota illorum progenie Judæorum religionem amplexi sunt.*

9. *Quomodo Tiberius Alexander, cum procurator in Judæam venisset, animadvertit in Judæ Galilæi filios, populum decipientes.*

10. *De fame quæ regionem pervaserat.*

11. *Cumani, procuratoris à Cæsare missi, in Judæam adventus.*

12. *Quomodo Agrippa junior, mortuo Herode Chalcidis rege, imperium accepit beneficio Claudii Cæsaris.*

13. *Quomodo sub Cumano plurimi Judæorum circa templum oppressi sunt.*

14. *Dissensio inter Samaritas & Judæos, atque ut multi Samaritarum occisi sunt.*

15. *Quomodo Ummidius Quadratus Syriæ præses, cum ista audisset & in Judæam ascendisset, primores Judæorum & Samaritarum Romam proficisci jussit; simulque Cumanum procuratorem & Celerem tribunum, factorum rationem Claudio Cæsari reddituros: Judæorum autem quosdam ipse supplicio affecit.*

16. *Quomodo Claudius, illis auditis, Judæos quidem crimine absolvit, eò adductus precibus regis Agrippæ; Cumanum vero in exsilium egit, & per Celerem tribunum à primoribus Samaritarum pœnas exegit.*

17. *Quemadmodum Claudio mortuo Nero in imperium successit.*

18. *Quomodo Felix procurator in Judæam missus, cum regionem offendisset latronibus vexatam, illis peremptis pacem stabiliendam curavit; principem autem latronum, nomine Eleazarum, vinctum Romam misit.*

19. *Quomodo Felix, cum impostor Ægyptius apud Judæos ageret, multosque illorum decepisset, eruptionem in eos fecit, plurimosque eorum occidit.*

20. *Quemadmodum Felix procurator seditionem, inter primos Judæorum & Syros Cæsareæ ortam, compressit.*

21. *Quî contigit Judæam à Sicariis afflictam esse, Porcio Festo in regionem misso procuratore. De porticu exterioris templi, & quomodo ipsam in altum exstruxerunt Judæi.*

22. *Quomodo Festus, cum hanc rem ægre tulisset, primores Judæorum Romam ad Neronem misit, qui omnia recte facta esse ei persuaderent.*

23. *Quomodo Albinus Festo, in Judæa mortuo, successurus veniebat.*

24. *Quomodo sub eo Sicarii regionem infestare desierunt.*

25. *Quemadmodum Florus, factus Albini successor, tot malis afflixit Judæos, ut eos ad arma sumenda compulerit.*

a Ita lego cum Cl. *Noriso* (in *Diss.* III. de *Epochis Syro-Macedonum*, p. 183. *Ed. Lipsi.*) & Cl. *Pagio* in *Critica* ad *Annales Baronii* p. 37. *Νομίδιος* in *Editis Aliisque. Μόδιος Gall.* & *Vat.* b Ita distinxi post *Σικαρίων*, cum antea nulla esset distinctio aut in *Editis* aut in *MSS.*

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΙΚΟΣΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν κβ'.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM
LIBER VIGESIMUS.

Continet hic liber tempus annorum XXII.

CAP. I.

Philadelphenſium & Judæorum diſſidium, deque ſtola pontificia.

Caſſius Longinus Syriæ præfet.

EXSTINCTO autem rege Agrippa, quemadmodum in ſuperiore libro narravimus, Caſſium Longinum in locum Marſi ſucceſſurum mittit Claudius Cæſar, memoriæ regis hoc ipſum tribuens; à quo dum viveret ſæpe per literas rogatus fuerat, ut nollet Marſum amplius rebus Syriæ *adminiſtrandis* præeſſe. At vero Fadus, ubi procurator in Judæam veniebat, offendit Judæos Peræam habitantes ſeditionem moviſſe contra Philadelphenſes de vici, Miæ nomine, finibus, referti viris bellicoſiſſimis. immo Perææ incolæ, inſciis primoribus illorum, arma ſumpſerant, multoſque Philadelphenſium occiderant. Iſta Fadum, ubi de iis aliquid reſciverat, valde commoverunt, quod integram illi cauſam non reſervaſſent, ſi putarent ſibi factam à Philadelphenſibus injuriam, ſed temere ad arma concurriſſent. Comprehenſis itaque tribus illorum primoribus, qui & ſeditionis auctores erant, imperavit ut in vincula conjicerentur. deinde horum quidem unum, Annibam nomine, interfici juſſit: Amaramum vero & Eleazarum ambos exſilio multavit. Quin & Tholomæus latronum princeps, qui multa mala Idumæis & Arabibus intulerat, non multo poſt vinctus ad eum adductus ſupplicio afficitur: atque exinde Judæa omnis latrociniis perpurgata eſt diligentia & cura

Lis magna inter Philadelphenſes & Judæos, atque inde ſeditio.

Seditionis auctores pœna afficiuntur.

ΚΕΦ. α'.

Στάσις φιλαδελφέων πρὸς Ιουδαίους, καὶ ὡς ἐπὶ τὴν ἀρχιερέως στολῆς.

ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣ δὲ τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα, καθὼς ἐν τῇ περὶ τούτου ἀπηγήλαμεν βίβλῳ, πέμπει Μάρσῳ διάδοχον Κλαύδιος Καῖσαρ [b] Κάσσιον Λογγῖνον, [c] μνήμην τοῦ βασιλέως τοῦτο χαριζόμενος, πολλὰ διὰ γραμμάτων ὑπ' αὐτοῦ θεραπευθεὶς ἀξιωθείς, μηκέτι Μάρσου τὴν τῆς Συρίας πραγμάτων προϊσταμένου. [d] Φάδος δέ, ὡς εἰς τὴν Ιουδαίαν ἐπίτροπος ἀφίκετο, καταλαμβάνει στασιάσαντας [e] τοὺς εἰς τὴν Περαίαν κατοικοῦντας Ιουδαίους [f] πρὸς Φιλαδελφηνοὺς περὶ ὅρων κώμης [g] Μιᾶς λεγομένης, πολεμικοῖς ἀνδράσιν ἀνάπλεων. οἱ δὲ τῆς Περαίας, χωρὶς γνώμης [h] τῶν πρώτων κατ' αὐτοὺς ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα, πολλοὺς τῶν Φιλαδελφηνῶν διαφθείρουσι. ταῦτα πυθόμενον [i] τὸν Φάδον σφόδρα παρώξυνεν, ὅτι μὴ τὸ κρίσιν αὐτοῦ παραλείπειν, ἐπὶ τοῦτο τῶν Φιλαδελφέων ὑπόμοιον ἀδικεῖσθαι, ἀλλ' [k] ἀδίκως ἐφ' ὅπλα χωρήσειεν. λαβὼν οὖν τρεῖς τοὺς πρώτους αὐτῶν, τόν τε καὶ τὸν [l] γάσιαν αἰτίους, δῆσαι προσέταξεν· εἶτα τὸν μὲν αὐτῶν ἀνεῖλεν· Ἀννίβας δὲ ἦν ὄνομα τούτῳ. [l] Ἀμαράμῳ δὲ τῷ Ἐλεαζάρῳ τοῖς δυσὶ φυγὴν ἐπέβαλεν. ἀναιρεῖται δὲ τῷ [m] Θολομαίῳ [n] ὁ ἀρχληστής, μετὰ πολὺν χρόνον ἀχθεὶς [o] δέσμιος ἐπ' αὐτόν, ἀφορμὴν μέγιστα κακῶν [p] τοῖς Ιδουμαίοις τε καὶ τοῖς Ἄραψι. ἐκαθάρθη τε λῃστείων ἅπασα [q] τότε τοῦτον ἡ Ἰουδαία, φερούσης τῆς προνοίας τῆς

Φάδου

[a] Sic *Baſ. Gen.* & aliquot *Codd. MSS. Græci.* in *Græcis* reliquis & *Latinis* omnibus καί. Videſis *Voſſii Chronol. S. c.* 19. p. 161. [b] Hac de re velim conſulas *Pighium* in *Annalibus* tom. 3. p. 573. *Uſſerium* in *Annalibus V.T.* p. 648. & *Pagium* in *Critica* ad *Baronium*, Vol. 1. p. 37. col. 1. [c] Μνήμην τῆς Ε *Voſſ.* [d] Φάδος δὲ εἰς τὴν Ιουδαίαν ὁ. ἀ. καταλαμβάνει ſolus *Busb.* [e] Ita & *D. Matthæus*, c. 4. v. 13. κατοικήσας εἰς Καπερναούμ. Verum τὴν τὴν Περαίαν κατοικοῦντας habet *Cod. Busb.* [f] Περὶ τὴν Φιλ. *Busb.* [g] Forſan Ζιᾶς legendum; nam *Euſebius* (in voce Ζὴφ) dicit, *hodie villam Ziam oſtendi in quintodecimo lapide Philadelphiæ contra occidentem. Relandus* in *Paleſt. ill.* p. 897. [h] Τῶν ἀρχόντων ἀνδρῶν τινὲς αὐτοῖς *Busb.* [i] Articulum omittit *Busb.* [k] Ἀδίκως non agnoſcit *Voſſ.* [l] Ἀμερίῳ *Busb.* [m] Θολομαῖῳ *Busb.* & *Voſſ.* in margine. [n] Ita diſtinguo cum *Cod. Busb.* antea erat, ὁ ἀρχληστὴς μετ' ὀλίγον χρόνον, ἀχθεὶς &c. [o] Δέσμιος abeſt *Vat.* [p] Τῶν τῶν Ιδουμαίων κατοικούντων καὶ τῶν *Busb.* [q] Ἐστοῦν Ιουδαία *Voſſ.* ἐστοῦν ἤτοι Ιουδαία καὶ Λεγαῖα *Busb.*

a Τῶν

Φάδ᾽ῳ. ὃς δὴ καὶ τότε μεταπεμψάμενος τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς πρώτους [a] Ἱεροσολυμιτῶν, [b] ἐπὶ τὴν κέλευσιν ἔχων αὐτοκράτορος, παρήνεσεν αὐτοῖς τὴν ποδήρη χιτῶνα, καὶ τὴν ἱερὰν στολὴν ἣν φορεῖν μόνος ὁ ἀρχιερεὺς εἰθὸς ἔχει, εἰς τὴν Ἀντωνίαν, ἥπερ ἐστὶ [c] φρούριον, καταθέσθαι, κειμένην ὑπὸ τῇ Ρωμαίων ἐξουσίᾳ, καθὰ δὴ καὶ πρότερον ἦν. οἱ δὲ ἀντιλέγειν μὲν [e] οὐκ ἐτόλμων, παρεκάλουν δὲ ὅμως τόν τε Φάδον, [f] καὶ τὸν Λογγῖνον· ἀφίκετο γὰρ καὶ [g] οὗτος εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν, φόβῳ μὴ τὰ νεωτερίζειν ἀναπείσῃ· τέλος μὲν αὐτοῖς ἐπιτρέψαι πρέσβεις ἂς Καίσαρα πέμψαι, τὰς αἰτησομένους παρ᾽ αὐτοῦ τὴν ἱερὰν στολὴν καὶ τὴν αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχειν, ἕως δὲ περιμεῖναι, [i] ἕως ἂν γνῶσι, τί περὶ ταῦτα Κλαύδιος [k] ἀποκρίναιτο. οἱ δὲ ἐπιτρέψειν αὐτοῖς ἔφασαν ἀποστεῖλαι τὰς πρέσβεις, [l] εἰ λάβοιεν τοὺς παῖδας ὁμηρεύσοντας. ὑπακουσάντων δὲ ἑτοίμως ἐκείνων καὶ [m] δόντων, ἐξεπέμφθησαν οἱ πρέσβεις. παραγενομένων δὲ εἰς τὴν Ῥώμην αὐτοῖς, γνοὺς ὁ νεώτερος Ἀγρίππας, ὁ τοῦ τετελευτηκότος παῖς, καθ᾽ ἣν ἦκουσιν αἰτίαν· ἐτύγχανε δὲ ὢν παρὰ Κλαυδίῳ Καίσαρι, καθὼς καὶ πρότερον εἴπομεν· παρεκάλει τὸν Καίσαρα συγχωρῆσαι τοῖς Ἰουδαίοις ἄρα ἀξιοῦν περὶ τῆς ἱερᾶς στολῆς, καὶ Φάδῳ περὶ [n] τούτων ἀποστεῖλαι.

Fadi. Is dein, accitis ſtatim pontificibus & Hieroſolymitarum proceribus, prout ipſi in mandatis dederat imperator, admonuit eos, ut tunicam talarem & ſtolam ſacram, quam ſolum pontificem ſummum geſtare moris erat, in Antoniam caſtellum reponerent, ut in Romanorum poteſtate eſſet quemadmodum & olim erat. Illi refragari quidem non audebant, rogabant tamen Fadum & Longinum (nam & ille Hieroſolyma venerat, magnis copiis ſecum adductis, metuens ne quæ injunxerat Fadus Judæorum vulgus ad res novas moliendas impellerent) primum ut legatos ad Cæſarem ſibi liceret mittere, ab eo petituros ut ſacram ſtolam in ſua poteſtate haberent; deinde ut manerent pauliſper dum certiores facti eſſent, quid ad iſta Claudius reſponderet. Illi vero ſe permiſſuros eſſe dixerunt ut legatos mitterent, modo liberos eorum pro obſidibus acciperent. Cum autem Judæi alacriter dicto ſibi audiſſent, & liberos dediſſent, protinus miſſi ſunt legati. Ubi vero Romam pervenerunt, Agrippa junior defuncti filius, qui tum forte apud Claudium Cæſarem agebat, ut jam ante diximus, cum cauſam adventus eorum cognoviſſet, rogavit Cæſarem, ut Judæorum precibus de ſacra ſtola annuere non gravaretur, utque mandata de iſtis quæ *obnixè* petierunt ad Fadum mitteret.

Fadus à Judæis poſtulat, ut ſtola pontificia in Romanorum poteſtate ſit.

Legati ea de re Romam miſſi.

Judæorum legatiis favet Agrippa junior.

β'. Καλέσας δὲ Κλαύδιος τοὺς πρέσβεις, ἔφη ταῦτα συγχωρεῖν, καὶ ἐκέλευεν αὐτοὺς Ἀγρίππᾳ χάριν εἰδέναι· ταῦτα δὲ ἐκείνου ποιεῖν [o] ἀξιώσαντος· ἔπι τε ταῖς ἀποκρίσεσι, τοιαύτην [p] ἐπιστολὴν ἔδωκε. "ΚΛΑΥΔΙΟΣ "ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ, [q] ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ "ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ, ΥΠΑΤΟΣ ΑΠΟ- "ΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΣ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ, ΑΥΤΟ- "ΚΡΑΤΩΡ ΤΟ ΔΕΚΑΤΟΝ, ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙ- "ΔΟΣ, ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΩΝ ΑΡΧΟΥΣΙ, ΒΟΥΛΗ, "ΔΗΜΩ, ΙΟΥΔΑΙΩΝ ΠΑΝΤΙ ΕΘΝΕΙ ΧΑΙΡΕΙΝ. "Ἀγρίππα τοῦ ἐμοῦ, ὃν ἐγὼ ἔθρεψα καὶ ἔχω σὺν ἐμαυτῷ "εὐσεβέσταιον ὄντα, παρακαλούντος μοι τοὺς ὑμετέρους "πρέσβεις, εὐχαριστηρίας ἐφ᾽ ἧ πεποίημαι τοὺς ἕνους [r] ὑμῶν "κηδεμονίας, καὶ αἰτησαμένων ἀσμένως καὶ φιλοτίμως τὴν "ἱερὰν ἐσθῆτα, [s] καὶ τὸ τέρμιον ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ὑμῶν εἶναι, "συγχωρῶ, καθὼς ὁ κράτιστος καί μοι πιστότατος Οὐϊ- "τέλλιος ἐποίησε. συγκατατίθεμαι δὲ τῇ γνώμῃ ταύτῃ, "ὅπως καὶ ἀφ᾽ ὁ ἐμαυτῷ εὐσεβὲς, καὶ τὸ βέλτιστον ἡγά- "σθην [t] καὶ τὰ πάτρια θρησκεύειν. ἔπειτα εἰδὼς ὅτι καὶ "αὐτὸς βασιλεὺς Ἡρῴδης καὶ Ἀριστόβουλος ὁ νεώτερος, ὧν τὴν πρὸς "ἐμαυτὸν εὐσέβειαν καὶ τὴν περὶ [x] ὑμᾶς γνώσκω σπουδὴν, "[y] πάνυ χαρίσομαι ταῦτα ποιήσας, ὅτι ὃς ἐστί μοι πλεῖστα "δίκαια φιλίας κρατήσας ὕλας καὶ μοὶ τιμίως. ἔγραψα

Judæorum legatis ſalutem dicebat ſe iſta eis concedere, illiſque præcipiebat ut Agrippæ gratias haberent, (ſe enim iſta facere ad illius interceſſionem) &, præter reſponſa quæ illis reddidit, hujuſmodi epiſtolam miſit. "CLAUDIUS CÆSAR, GER- "MANICUS, TRIB. POT. V. CONSUL "DESIGNATUS IV. IMPERATOR X. "PATER PATRIÆ, HIEROSOLYMITA- "RUM MAGISTRATIBUS, SENATUI, "POPULO, TOTI JUDÆORUM GEN- "TI S. Quoniam Agrippa meus, alumnus "meus & quem mecum habeo utpote pien- "tiſſimum, veſtros legatos ad me adduxit, "gratias agentes pro mea de gente veſtra cu- "ra & providentia, & enixe certatimque pre- "catos, ut ſtolam ſacram atque coronam in ve- "ſtra poteſtate habeatis, concedo *quod petitis*, "quemadmodum vir optimus & mihi cariſſi- "mus Vitellius fecerat. Huic autem veſtræ "voluntati obſequutus ſum, inprimis quod id "mihi mea ſuaſerit pietas, quodque voluerim "ut omnes Deum patrio ritu venerentur: dein "quod noverim me ita faciendo magnam ab "ipſo rege Herode & juniore Ariſtobulo, quo- "rum in me pietatem & erga vos ſtudium per- "ſpectum habeo, gratiam initurum eſſe, qui- "buſcum, viris optimis & mihi cariſſimis, "multis officiis mihi interceſſit amicitia. De "iſtis

Claudius Judæorum precibus annuit.

Claudii ad Judæos epiſtola.

a Τῶν Ἱεροσολυμιτῶν *Busb.* b Illa καὶ τὴν κέλευσιν ἔχων αὐτοκράτορος desunt *Vat. & Voſſ.* c Τὸ φρούριον *Busb.* d Vide lib. xv. cap. ult. p. 702. e Τοῖς μὲν ἐπὶ ἐμοῦ ἀντιλέγειν οὐκ ἐτόλμων ſolus *Busb.* f Καὶ Λογγῖνον τὸν ἐπὶ Λυκίας ἐπίτροπον ſolus *Busb.* g Αὐτὸς *Vat. & Voſſ.* h Τὸ μὲν διὰ τοὺς στρ. Φ.τ.π.τ.ι.ι. ἀναγκαιότερον *Busb.* i Ἀχρὶς ἂν γνῶσι *Gall.* k Ita *Voſſ.* ἀποκρίνοιτο in *Editis Aliiſque.* l Εἰ λαβοῦσι αὐτῶν τοὺς π. *Voſſ.* m Δόντων αὐτῶν· ὁ γὰρ σύμπας τῶν ἐπιόντων δῆμος ὧν· ἐξεπέμφθησαν *Gall.* n Τούτων ἐπιστεῖλαι. σφοδρῶς δὲ ἐπεκρίνατο τῇ παρακλήσει τοῦ Καίσαρος ὁ Ἀγρίππας, παλαιὸς *Gall.* ἐπιστεῖλαι habet *Voſſ.* o Ἠξιώσαντο poſt ἐξέσεσιν addit *Voſſ.* p Ἐπιστολὴν πρώτην Φάδῳ τοῖς αὐτοῦ ἐδωκεν *Gall.* in *Epiphanii* verſione, *quamobrem hujuſmodi ad Fadum miſſa epiſtolam.* q Ita diſtinguo cum Cl. *Petavio*, lib. xi. de *Doct. Temp.* c. 12. antea erat, δημαρχικῆς ἐξουσίας, τὸ πέμπτον ὕπατος ἀποδεδειγμένος, τὸ τέταρτον αὐτοκράτωρ, τὸ δέκατον πατὴρ πατρίδος. nec aliter legiſſe videtur *Epiphan.* adeo vetus eſt hoc interpunctionis mendum. r Ὑμῶν εὐεργεσίας· καὶ αὐτοκρατορικὴν πρόνοιαν *Gall.* s Καὶ τὸ τέρμιον, τοῦτο πόλεις, καὶ τὸν ἄπυρον στέφανον *Gall.* t Vide lib. xv. p. 702. u Κατὰ τ. π. θρησκεύειν ὑμᾶς *Voſſ.* x Ita lego cum *Epiphanii* libris. ἡμᾶς in *Græcis.* y Πάνυ χαρίσομαι non agnoſcunt *Voſſ. & Vat.*

a In

"istis autem scripsi & Cuspio Fado procura-
"tori. Nomina literas deferentium hæc sunt:
"Cornelius Ceronis, Tryphon Theudionis, Do-
"rotheus Nathanaëlis, Joannes Joannis *filius*.
"Datæ quarto Kalendas Julias, Rufo & Pom-
"pejo Sylvano *suffectis* consulibus.

"δεῖ τύπων ὑ Κυαπίῳ Φάδῳ ϖ ἐμῷ ὑπηρέτῃ. οἱ
"τὰ γράμματα κομίζοντες, [a] Κορνήλιος Κέρωνος, Τρύ-
"φων Θευδίωνος, Δωρόθεος Ναθαναήλε, Ἰωάννης Ἰωάννε.
"ἐγράφη ϖὸ τεσσάρων καλανδῶν [b] Ἰουλίε [c] ὅτι ὑπάτων
"Ῥούφε καὶ Πομπηίε Σιλβανῦ.

Herodes Chalcidis dynaſta jus in templum & pontifices impetrat à Claudio.

3. Quin & Herodes (Agrippæ quidem defuncti frater, cui vero illo tempore commissus erat Chalcidis principatus) petiit à Claudio Cæsare templi potestatem sacræque pecuniæ, ut & jus creandi summos pontifices; atque hæc omnia *à Cæsare* impetravit: adeo etiam ut ab illo omnibus ejus posteris ea potestas usque ad belli exitum manserit. Igitur & Herodes à sacerdotio submovit Cantheram ita appellatum, fecitque ut Josephus Cami filius ejus in locum & honorem succederet.

Josephus Cami filius pontifex.

γ'. Ἠτήσατο δὲ ὁ Ἡρώδης, ὁ ἀδελφὸς μὲ Ἀγρίππε
ϖ τετελευτηκότος, Χαλκίδος δὲ τ ἀρχὴν ϗ τ ϖρόνον
ἐκεῖνον πεπιστευμένος, Κλαύδιον Καίσαρα τὸν ἐξουσίαν
[d] ϖ ϖερὶ, καὶ τ ἱερῶν χρημάτων, καὶ τ τ ἀρχιερέων χειρο-
τονίαν, πάντων τε ἐπέτυχεν· ἐξ [e] ὁμοίου τε πᾶσι τοῖς
ἀπογόνοις αὐτ παρέμεινεν ἡ ἐξουσία μέχρι τ ϖ πολέμε
τελευτῆς. καὶ δὴ ὁ Ἡρώδης μεθίστησι τ ἀρχιερωσύνης τ
ὀνομαλύθυον Καινθηρᾶν, Ἰωσήπῳ τῷ ϖ [f] Καμεὶ αὐτ
ὁμοίως τ ἀρχιδωχὴν τ πηῆς ϖαραχώρησε.

II. CAP. II. ΚΕΦ. β'. β'.

Quo pacto Helena Adiabenorum regina ejusque filius Izates religionem Judaïcam amplexi sunt: & quomodo Helena, magna fame Hierosolymis grassante, frumentum egenis distribuit.

Ον τρόπον Ελένη τ Αδιαβηνῶν βασιλὶς ϗ ὁ παῖς αὐτῆς
Ἰζάτης ἐζήλωσαν τὰ Ἰουδαίων ἔθη· καὶ ὡς Ελένη, λι-
μοῦ μεγάλε ἐν Ἱεροσολύμοις γενομένε, σῖτον τοῖς ἀπορου-
μένοις διένειμεν.

Monobazo & Helenæ Adiabenorum regibus nascitur Izates.

PER idem tempus Adiabenorum regina Helena, & filius ejus Izates, religionem Judaïcam amplexi sunt, ex hujusmodi causa. Monobazus Adiabenorum rex, cognomento Bazæus, Helenæ sororis amore captus eo processit ut matrimonio eam sibi jungeret: nec multo post gravidam reddidit. Aliquando autem cum eo dormiens, manu super ventre illius requiescente, sopitus audire vocem visus est, quæ manum de utero tollere juberet, ne infantulum in eo gestatum læderet, qui Dei providentia ortum habuit finemque felicem consequuturus est. Ea voce turbatus, statimque experrectus à somno, uxori ista *quæ audisset* narrat, filiumque natum Izaten nomine vocavit. Erat autem ipsi Monobazus eo grandior ætate, quem ex Helena susceperat; aliique filii ex aliis uxoribus. hunc tamen, ac si unicus illi exstitisset, omni sua benevolentia non dissimulanter impertiit. Qua re fiebat ut puero invideretur à fratribus ex eodem patre: atque inde excitatum est odium, omnibus vicem suam dolentibus, quod Izaten illis prætulerit pater. Ista quamvis satis pater intelligeret, illis tamen ignoscebat, quasi non ex malitia ita animo affecti essent, sed à patre scilicet illorum unusquisque diligi vellet. Izaten vero (nam de eo valde metuebat, ne à fratribus odio habitus *mali* aliquid pateretur)

Izati invidetur à fratribus natu grandioribus.

Κατὰ τοῦτον δὲ τ καιρὸν τ Αδιαβηνῶν [g] βασιλὶς
Ελένη ϗ ὁ παῖς αὐτῆς Ἰζάτης [h] εἰς τὰ Ἰουδαίων
ἔθη τ βίον μετέβαλλον, διὰ τοιαύτην αἰτίαν.
Μονόβαζος ὁ τ Αδιαβηνῶν βασιλεὺς, ᾧ ϗ [i] Βαζαῖος ὀνό-
κλησις ἦν, τ ἀδελφῆς Ελένης ἀλγὶς [k] ἔρωτι τῇ ϖρὸς
γάμε κοινωνίᾳ ἄγεται, ϗ κατέσησεν ἐγκύμονα. συγκα-
θεύδων δέ ποτε τῇ γαστρὶ τ γυναικὸς τ χεῖρα ϖεφυκὼς
παύσας, ὑπνῶσαν καθύπνωσε, φωνῆς τινος ἔδοξεν αὐτῷ,
κελευούσης αἴρειν ἀπὸ τ ϖαιδὸς τὴν χεῖρα, καὶ μὴ θλί-
βειν ὃ ἐν αὐτῇ βρέφος, Θεᾶ ϖρονοίᾳ καὶ ἀρχῆς τυχὸν
καὶ τέλους εὐτυχοῦς τυγχάνον. ταραχθεὶς οὖν [l] ϖρὸς τ
φωνῆς, [l] εὐθὺς διεγερθεὶς, ἔφρασε τῇ γυναικὶ ταῦτα, [m] ϗ
γενόμενον τ υἱὸν Ἰζάτην ἐπικαλεῖται. ἦν δὲ αὐτῷ Μονόβα-
ζος τούτου ϖρεσβύτερος ὢν τ Ελένης γενόμενος, ἄλλοι τε
παῖδες ἐξ ἑτέρων γυναικῶν. τ μέντοι ϖᾶσιν εὔνοιαν εἶχεν
εἰς [n] μονογενῆ τ Ἰζάτην ἔχων [o] φανερῶς ἦν. φθόνος δὲ τού-
τοις ὑπῆρχε ϖαιδὶ ϖροσ τ ὁμοπατρίαν ἀδελφῶν ἐφύετο, καὶ
τούτου μίσος ἤυξετο, λυπουμένων ἀπάντων, ὅτι τ Ἰζάτην αὐ-
τοῖς ὁ πατὴρ ϖροτιμᾷ. ταῦτα δὲ καὶ ϖερ σαφῶς αἰσθανό-
μενος ὁ πατὴρ, ἐκείνοις μὲ συνεγίνωσκεν, ὡς μὴ διὰ κακίαν
αὐτὸ πάσχοιεν, ἀλλ' [p] ἤτοι παρὰ ϖατρὸς [q] αὐτοῖς ἕκαστον
[r] ἀξιᾶν εὐνοίας τυγχάνειν. [s] τ δὲ Ἰζάτην σφόδρα γὰρ ἐδεδοίκει [s] ϖερὶ αὐτῷ μὴ μισούμενος ὑπὸ τ ἀδελφῶν πάθοι τι
πολλὰ

---

a In *Epiphanii* libris, ita efferuntur, *Cornelius Leo, Tryphon Theodionis, Dorotheus Nathelis, Joannes Jovis panis.* *b* Vocem *Julii* insertam dedi ex *Epiphanio*; cujus in libris plerisque XIII *Kalendas Julii*, in nonnullis *Junii*. *c* Ita *Voss.* & *Gall.* ὑπάτε in *cæteris*. *d* Sic *Voss.* & *Vat.* ϗ πᾶ perperam in *reliquis*. *e* Ita locum verto cum Cl. *Seldeno* lib. 1. *de Success. in Pontif.* c. XI. à *Gelenio* vertitur, *potestatem in templum & sacrum ærarium, jusque eligendorum summorum pontificum. Impetravitque hæc omnia, ita ut etiam posteris ejus idem jus manserit usque ad belli exitum.* quod, inquit *Seldenus*, intelligere omnino nequeo. Nam pontificum creatio post ejus excessum ad Agrippam juniorem Regem ejus ex fratre nepotem attinuit, ut in sequentibus videre est: & posteri Herodis illius fuere filii tres, *Aristobulus, Bernicianus, Hyrcanus*, quorum nemo pontificem omnino creavit. Locus itaque ita vertendus, ut posteris manserit potestas in templum & ærarium; ita ut de jure pontificis eligendi, qua posteros saltem spectat, neutiquam sit capiendus. Verum ne sic quidem omnia plana erunt. Ipse olim lectum fuisse suspicor, *μ. τῆς τῦ πολέμε πολιτῶς, πλὴν τ ἀρχιερωσύνης.* *f* Hic *Voss. Busb. Gall. Zonaram & Epiphanium* sequor. Καμεὶ in *Editis Aliisque*. *g* *Talmud Hierosolymitanum* (ad *Succa*, c. 1. & *Nazir*, c. 3.) egregie hanc historiam illustrat. *h* Ita rem exprimit *Zonaras*, *ὡς τὰ Ἰουδαίων τὸν ἀμφ' αὐτὰ μετέβαλον νόμιμα.* *i* Sic *MSS.* Βαζίως in *Editis*. *k* Ἔρωτι ϖρὸς γάμου κοινωνίαν ἄγεται *Busb.* *l* Καὶ διεγερθεὶς *Busb.* *m* Καὶ γὰρ ὑὸν *Vat.* γενόμενον deest *Busb.* *n* Μονοβαζῦ Ἰζάτλε *Vat.* & *Busb.* *o* Φανερὸς *Voss.* *p* Ita *Vat.* & *Voss.* ἀπ' ἢ παρὰ τ. π. in *Editis Aliisque*. *q* Sic *Vat.* αὐτὸν in *cæteris*. *r* Ita lego. ἀξιᾶν in *Editis* & *MSS.* παρὰ τοῖς αὐτῦ ὑιοῖς ἀξιᾶν vel ἀξιῶν conjecerat Cl. *Lowthius*. nec aliter forsan *Epiphanius*, qui vertit, *sed quoniam singuli fuerunt patris habere desiderabant.* *s* Τὸν ϗ ναοίκον σφ. *Voss.* τ ϗ ναοίκον σφ. *Gall.* *t* Περὶ αὐτῷ *Busb.* σφόδρα ἰδίδιτο παρ' αὐτῦ *Gall.* * *Magis ad verbum*, vitam instituerunt ex legibus Judæorum.

a Αὐτὸ-

πολλὰ δωρησάμενος, πρὸς [a] Αβεννήεργον ἐκπέμπει τὸν Σπασίνου χάρακος βασιλέα, [b] ὃν καὶ παπθέμενος ἐκείνῳ τὸν παῖδος σωτηρίαν. ὁ δὲ Αβεννήεργος, [c] ἀσμένως δέχεται τὸν νεανίαν, καὶ ἅμα πολλῆς ἄγων εὐνοίας, γαμβρὸν μὲν αὐτοῦ τὸν θυγατέρα, [d] Σάμαχος δὲ ᾧ ὄνομα ταύτῃ, δίδωσι. δωρεῖται δὲ [e] χώραν, ἐξ ἧς μεγάλας λήψοιτο προσόδους.

γ'. Μονόβαζος δὲ, ἤδη γηραιὸς ὢν, καὶ τὸν ζῆν ὀλίγον αὐτοῦ τὸν λοιπὸν ὁρῶν χρόνον, ἠθέλησεν εἰς ὄψιν ἀφικέσθαι τῷ παιδὶ πρὸ τοῦ τελευτῆσαι. μεταπεμψάμενος οὖν αὐτὸν, ἀσπάζεται φιλοφρονέστατα, καὶ χώραν δίδωσι [f] Καρρῶν λεγομένην. φέρειν δὲ ἡ γῆ πλεῖστον τὸ ἄμωμον ἀγαθή. ἔστι [g] δ' ἐν αὐτῇ καὶ τὰ λείψανα τῆς λάρνακος, [h] ἧς Νῶχος ἐκ τῆς ἐπομβρίας διασωθεὶς λόγος ἔχει, καὶ μέχρι νῦν ταῦτα τοῖς ἰδεῖν βουλομένοις ὑποδείκνυται. διέτριβεν οὖν ὁ Ιζάτης ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ, μέχρι τελευτῆς τοῦ πατρός. ἧς δὲ ἐξέλιπεν ἡμέρας τὸν βίον ὁ Μονόβαζος, ἡ βασιλὶς Ελένη μεταπέμπεται [i] πάντας τοὺς μεγιστᾶνας, καὶ τοὺς βασιλείας σατράπας, καὶ τοὺς τῶν δυνάμεων πεπιστευμένους. οἷς ἀφικομένοις, "ὅτι μὲν ὁ ἐμὸς "ἀνὴρ, εἶπε, τοῖς βασιλείας αὐτοῦ διάδοχον Ιζάτην ἠξίου γε- "νέσθαι, καὶ τοῦτον ἄξιον ἔκρινεν, [k] οὐδὲ ὑμᾶς λεληθέναι δοκῶ, "θεμένους δὲ ὅμως καὶ τὴν ὑμετέραν κρίσιν. μακάριος γὰρ "ἂν ὁ πρὸ ἑνὸς, [l] ἀλλὰ πλειόνων καὶ θελόντων τὴν ἀρχὴν λαμ- "βάνων." ἡ μὲν ταῦτα εἶπεν, ὅτι πεῖρα τοῦ [m] φρονοῖεν οἱ [n] συγκληθέντες. οἱ δὲ ἀκούσαντες, πρῶτον μὲν προσεκύνησαν τὴν βασιλίδα, καθὼς ἔθος ἦν αὐτοῖς· εἶτα, ἔφασαν, "τὴν μὲν "βασιλέως γνώμην βεβαίαν, καὶ ὑπακούσαντας χαίροντες Ιζά- "τῃ δικαίως ὑπὸ τοῦ πατρὸς προκριθέντι τῶν ἀδελφῶν πᾶσι τοῖς "εὐχαῖς τὸ ἀπάντων. βούλεσθαί τε, φασὶ, προαποκτεῖναι "πρῶτον αὐτοῦ τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς, ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀρχὴν "Ιζάτῃ μετ' ἀσφαλείας καταστῆσαι. φοβερὸν γὰρ ἐκείνων "καθαιρεθέντων πάντα τὸν φόβον, τὸν ὑπὸ μίσους τοῦ παρ' αὐ- "τῶν καὶ φθόνου γινόμενον." πρὸς ταῦτα ἡ Ελένη χάριν μὲν αὐτοῖς ὡμολόγει τοῦ πρὸς αὐτὸν καὶ τὸν Ιζάτην εὐνοίας ἔχειν, παρεκάλει δὲ ὅμως ὑπομεῖναι τὸν μὲν τὸν ἀναιρέσιμον τῶν ἀδελφῶν γνώμην, μέχρι ἂν Ιζάτης παραγένηται συνόδου μάλιστα πιστεύει. οἱ δὲ ἐπεὶ ἀνελεῖν συμβουλεύσαντες οὐκ ἔπεισε, [o] ἀλλὰ φυλάσσειν αὐτοὺς δεσμίους παρῄνει μέχρι τὸν ἐκείνου παρουσίας ὑπὲρ ἀσφαλείας τὸν ἑαυτῆς. συνεβούλευεν δὲ αὐτῇ μεταξὺ [p] προστήσασθαί τινα τῆς ἀρχῆς ὑπότροπον, ᾧ μάλιστα πιστεύει. πείθεται τούτοις ἡ Ελένη, καὶ καθίστησι τὸν πρεσβύτατον παῖδα Μονόβαζον βασιλέα, δεδεῖσα τὸ διάδημα, καὶ δοῦσα [q] σημαντῆρα τοῦ πατρὸς δακτύλιον, τιμῆ τε [r] σαμψηρὰν ὀνομαζομένην παρ'

cum multa ei donaſſet, miſit ad Abennerigum Spaſinæ caſtri regem, cui ſalutem pueri commendatam eſſe voluit. Abennerigus autem libenter excepit adoleſcentulum, atque illum ſingulari complexus benevolentia, filiam ſuam, cui nomen erat Samacho, ei in matrimonium dedit, donavitque provincia, unde luculentos reditus perciperet.

Izates miſſus ad Abennerigum.

Filiam ejus in uxorem duxit.

3. Atqui Monobazus jam admodum ſenex, cum videret ſibi non multum vitæ ſpatium ſupereſſe, in conſpectum filii venire, antequam moreretur, deſideravit. Itaque cum illum acciviſſet, ſumma benevolentia eum excepit, eique regionem Carras dictam attribuit. Ea autem eſt terra amomi feraciſſima. ibi etiam ſunt arcæ illius reliquiæ in qua Nochus diluvium evaſiſſe fertur, & etiamnum iſtæ videre *eas* volentibus oſtenduntur. In hac igitur regione commorabatur Izates, uſque dum mortem oppeteret pater. Qua autem die vita exceſſit Monobazus, Helena regina accivit magnates & regni ſatrapas & copiarum præfectos. Cumque illi veniſſent, "Non vos, inquit, latere ar- "bitror, quod maritus meus Izaten ipſi in re- "gnum ſuccedere optaverit, illumque *eo homo-* "*re* dignum exiſtimaverit: attamen veſtrum "quoque *ſuper hac re* judicium exſpecto. "Beatus enim eſt, non qui ab uno, ſed *qui* "à pluribus iiſque volentibus regnum accepe- "rit." Illa quidem iſta dixit, ut experiretur quænam eſſet ſententia eorum qui convocati erant. Illi autem, hiſce auditis, primum quidem pro more ſuo reginam adoraverunt, deinde vero ajebant, "ſe regis judicium firmatum ire, "ſeque ultro Izati, recte à patre & ex votis "omnium fratribus prælato, parituros eſſe." prætereaque dicebant, "ſe velle & fratres & "cognatos ejus in primis occidendos eſſe, ut "ſecure regnum teneret Izates. illis enim per- "emptis, omnem ſublatum iri metum, qui ex "illorum in ipſum odio & invidia oriretur." Ad hæc Helena gratias quidem illis agebat, pro ſua in illam & Izaten benevolentia; ſimulque obſecrabat ut ſententiam de nece fratrum differrent, donec Izates veniſſet ac eandem comprobaſſet. Illi vero, qui auctores ipſi fuerant ut occiderentur, cum ei non perſuaſiſſent, interim monebant eos in vinculis habendos eſſe uſque dum ille adeſſet, ſui *præſertim* in ſecuritatem. inſuper ei conſulebant, ut interea aliquem, cui maxime fideret, regni procuratorem conſtitueret. Iſtis paruit Helena, & filium natu maximum Monobazum proregem fecit, impoſito ei diademate, datoque annulo patris ſigillo, ſimulque ſampſera, ut ipſi vocant;

Arcis Noëi reliquiæ ubi ſervantur.

Monobazi obitus.

Izates Monobazo in regnum ſuccedit.

Frater ejus Monobazus prorex.

a Αβιννήεργον *Voſſ.* Σαβινήεργον *Gall.* Σ forſan attracto ex præcedente vocula ὡς. Eſt tamen qui Αβουλαννήεμον legendum cenſet, nomine iſto apud Arabas uſitato, ut conſtat ex *Elmacino* in *Hiſt. Saracen.* ſub finem. b Καταστήσαντος & καταστήσαν in aliquot *MSS.* c Ασμενὸς τε *Voſſ.* d Συμαχὼ, vel Συμαχὼς in *MSS. Gr.* in *Epiphanii* verſione *Amachos* dicitur. e Χώραν αὐτῷ *Voſſ.* f Ita cum *Cod. Voſſ.* favente aliquantulum *Busb.* (qui habet Καρίων facili lapſu pro Καρρῶν) ut & *Epiphanio*, cujus in libris *Charrorum* vel *Carrorum.* nec dubito quin locus hic ſit Καρρῶν τῆς Μεσοποταμίας, *Joſepho* alibi (ſc. p. 21. v. 9. & p. 39. v. 24.) Χαρρῶν. Videſis *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* vol. 2. p. 444. Verum in *Editis Joſephi Aliiſque* Καρδυαίων, quod *Bochartus* (poſt *Fullerum* in *Miſcell. Sacr.* l. 1. c. 4.) corruptum eſſe ſuſpicatur ex Chaldæo *Kardon*, ut montes Καρδυαῖοι intelligantur, qui à *Joſepho* memorantur, p. 22. v. *uls.* Adiſis *Bochartum* in *Geogr. Sacr.* l. 1. c. 3. g Ita *Busb. Gall.* & *Voſſ.* ἡ αὐτῇ in *cæteris.* h Ita lego. ἣν Νῶχος in *Editis* & *MSS.* i Πάντας, καὶ τοὺς μεγιστᾶνας, *Voſſ.* k Οὐδαμοῦ λεληθέναι *Busb.* l Ἀλλὰ πλειόνων πλειόνων *Busb.* & *Voſſ.* m Ita *Voſſ.* φρονεῖν in *Editis Aliiſque.* n Μαθησομένη poſt συγκληθέντες addit *Voſſ.* o Εφασαν *Voſſ.* & *Busb.* p Ita *Busb.* παρακαλεῖ in *reliquis.* q Sic *Busb. Voſſ.* & *Gall.* σωδοκιμάσει in *Editis Aliiſque.* r Vocem ἀλλὰ non agnoſcit *Voſſ.* s Προστήσασθαί τινα ſolus *Busb.* t Sc. Symbolum poteſtatis. Vide *Kirchmannum* de *Annulis*, c. 22. u Σαμψηρὰν *Voſſ.* Σαμψῆρα, σφράγισμα βασιλικὸν *Suid.* Eſt qui vocem iſtam à Perſico *Shamſhir* deducit. *Fullerus* (in *Miſcell.* S. l. 1. c. 17. p. 121.) à Syriaca voce quæ *Saphſiras* pronunciatur. *Reineſius* (in *Var. Lect.* l. 1. c. 25. p. 114.) dicit, quod Σάμψα Arabibus *ſol* eſt, ex Hebr. *ſchæmæſch* pro quo & *ſchamſcha* efferunt. unde Adiabenos exiſtimat, ſceptrum ſeu inſigne regium denominaſſe, quod in cuſpide ſolis ſpeciem, ex auro vel alia quavis materia effictam, haberet.

cant; juſſitque eum rempublicam ipſis adminiſtrare, donec frater adveniret. Is autem celeriter venit, audito patris obitu, & Monobazo fratri ultro cedenti in principatum ſucceſſit.

Monobazus regno Izati reducis cedit.

4. Cæterum eo tempore, quo Izates apud Spaſinæ caſtrum agebat, Judæus quidam mercator, nomine Ananias, qui in domum mulierum regiarum ingredi ſolebat, eas in religione erga Deum, quæ Judæis patria eſt, inſtituebat: atq; adeo, cum illarum opera Izati innotuiſſet, ipſum quoque in eandem opinionem pertraxit; accitumque à patre in Adiabenen comitatus eſt, multa prece & obſecratione eò adductus. Forte autem acciderat, ut etiam Helena, ab alio quodam Judæo inſtituta, ad eorum leges tranſiret. Atqui Izates, cum regno in eum devoluto Adiabenen veniret, & fratres alioſque cognatos in vinculis conſpexiſſet, ægre rem ferebat. & cum occidere hos aut conſtrictos ſervare nefas duceret, memoreſque injuriarum non vinctos ſecum habere periculoſum eſſe exiſtimaret, eorum nonnullos cum liberis Romam ad Claudium Cæſarem obſides miſit, alioſque ad Artabanum Parthum ſimili de cauſa relegavit.

Izates religionem Judaïcam amplectitur.

Et Helena.

Izates fratres ad Claudium & Artabanum mittit.

5. Cognito deinde matrem ſuam Judæorum moribus & ritibus valde delectari, & ipſe iiſdem penitius imbui properavit. Cumque arbitraretur ſe non eſſe verum perfectumque Judæum niſi circumcideretur, & hoc obire paratus erat. quod poſtquam mater reſcivit, impedire nitebatur, periculum ſibi conflaturum eſſe dictitans: "regem enim eſſe, multumque "à ſe alienaturum eſſe ſubditorum animos cum "audiverint eum mores peregrinos & à ſuis ab"horrentes affectare; neq; ullo pacto laturos Ju"dæum in eos regnare." Et illa quidem iſta dicebat, & aliquantiſper eum cohibuit. Is vero quæ eloquuta eſt cum Anania communicabat. qui cum matris ſententiam comprobaſſet, ſimulque ei denunciaſſet ſe eum relicturum eſſe niſi pareret, ab eo diſcedit. "timere enim ſe, aje"bat, ne, re palam facta & divulgata, ſuppli"cii periculum adiret, ut qui horum auctor "fuerit, regemque docuerit quæ parum ei ho"neſta erant & decora. Poſſe enim illum, "ajebat, etiam ſine circumciſione numen co"lere, ſi plane decreverit patria Judæorum inſti"tuta ſequi. hoc *enim* eſſe magis proprium *Ju*"*dæis* quam circumciſionem. Cumque dixiſſet, Deum etiam ei veniam daturum, ſi rem non feciſſet, quod neceſſitati paruerit, & à ſubditis periculum metuerit; verbis quidem illius ſe perſuaderi ſinit rex. Aliquanto autem poſt, cum nequaquam ſuum deſiderium abjeciſſet, alius quidam Judæus è Galilæa profectus, Eleazarus nomine, qui legum patriarum peritus admodum videbatur, ipſum ad rem perficiendam impulit. Poſtquam enim ingreſſus eum ſalutaſſet, atque legem Moyſaïcam legentem deprehendiſſet, "neſcis, inquit, "ὁ Rex, quantam injuriam legi, atque adeo

Ab iſta re diſſuadetur.

Izati tandem perſuadet Eleazarus ut circumcideretur.

αὐτοῖς, διοικεῖν τε [a] τούτοις τὴ βασιλείαν παρήνεσε μέχρι τοῦ ἀδελφοῦ παρουσίας. ἦκε δὲ οὗτος ταχέως, ἀκούσας τὸν πατρὸς τελευτὴν, καὶ ἀγαδέχε τὸν ἀδελφὸν Μονόβαζον [b] ὑπερεχόμενα τὴ ἀρχῆς αὐτῷ.

δ'. Καθ' ὃν δὲ καιρὸν ὁ Ἰζάτης ἐν τῷ Σπασίνου χάρακι διέτριβεν, Ἰουδαῖός τις ἔμπορος, Ἀνανίας ὄνομα, πρὸς τὰς γυναῖκας εἰσιὼν τοῦ βασιλέως, ἐδίδασκεν αὐτὰς τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν, ὡς Ἰουδαίας πάτριον ἦν· καὶ δὴ δι' αὐτοῦ εἰς γνῶσιν ἀφικόμενος τοῦ Ἰζάτη, καὶ ἐκεῖνον ὁμοίως σπουδάσαι πεισε, μεταπεμψάντι τε ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς τὴ Ἀδιαβηνὴν συνεξῆλθε καὶ πολλὴν ὑπακούσας δέησιν. [c] συνεβεβήκει δὲ [d] καὶ τὴ Ἑλένῃ, ὁμοίως ὑφ' ἑτέρου τινὸς Ἰουδαίου διδαχθεῖσῃ, εἰς τοὺς ἐκείνων [e] μεταπεκομίσθαι νόμους. ὁ δὲ Ἰζάτης, ὡς παρέλαβε τὴ βασιλείαν, ἀφικόμενος εἰς τὴ Ἀδιαβηνὴν, καὶ θεασάμενος [f] τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς δεδεμένους, ἐδυσχέραινεν ᾧ γεγονότι. καὶ τὸ μὲ ἀνελεῖν ἢ φυλάττειν δεδεμένους ἀσεβὲς ἡγούμενος, τὸ δὲ μνησικακοῦντας ἔχειν σὺν αὐτῷ μὴ δεδεμένους σφαλερὸν εἰ) νομίζων, τοὺς μὲ ὁμηρεύσοντας μὴ τέκνων εἰς τὴ Ῥώμην ἐξέπεμψε Κλαυδίῳ Καίσαρι, τοὺς δὲ πρὸς Ἀρτάβανον τὸν Πάρθον ἐφ' ὁμοίαις προφάσεσιν ἀπέστειλεν.

ε'. [g] Πυθόμενος δὲ τὴ μητέρα τὴ ἑαυτοῦ πάνυ χαίρειν τοῖς Ἰουδαίων ἔθεσι, ἔσπευσε καὶ αὐτὸς εἰς ὅμοια μεταπίπτειν. νομίζων τε μὴ ἂν εἰ) βεβαίως Ἰουδαῖος, εἰ μὴ [h] περιτέμνοιτο, πράττειν ἕτοιμος. μαθοῦσα δὲ ἡ μήτηρ κωλύειν ἐπειρᾶτο, ὑποφέρειν αὐτὸν κίνδυνον λέγουσα "βασιλέα δὲ εἰ), καὶ καταστήσειν εἰς πολλὴν δυσμένειαν τοὺς ὑπηκόους, μαθόντας, ὅτι ξένων ἐπιθυμήσειε καὶ "ἀλλοτρίων αὐτοῖς ἐθῶν, ὑκ ἀνέξεσθαί τε βασιλεύον"τα αὐτῶν Ἰουδαίων." καὶ ἡ μὲν ταῦτα ἔλεγεν, καὶ [i] τέως ἐκώλυεν. ὁ δὲ εἰς τὸν Ἀνανίαν τοὺς λόγους ἀνέφερεν. τῷ δὲ τῇ μητρὶ [k] συμφάσκοντα, καὶ σπουδαπειλήσαντος εἰ μὴ πείθοι [l] καταλιπεῖν αὐτὸν, ἄπεισι. "διδοικέναι γάρ, ἔλεγε, μὴ τῷ πράγματος ἐκδήλου "πᾶσι γενομένου κινδυνεύσειε τιμωρίαν ὑποσχεῖν, ὡς "αὐτὸς αἴτιος τούτου, καὶ διδάσκαλος τῷ βασιλεῖ "ἀθεμίτων ἔργων γενόμενος. δυνάμενον δὲ αὐτὸν, ἔφη, "καὶ χωρὶς τῆς περιτομῆς τὸ θεῖον σέβειν, εἴγε πάντως "κεκρικε ζηλῶν τὰ πάτρια τῶ Ἰουδαίων. τοῦτο γὰ εἰ) κυ"ριώτερον τῷ περιτέμνεσθαι". συγγνώμην δὲ ἔχειν αὐτῷ καὶ τὸν Θεὸν φήσαντος, μὴ πράξαντι τὸ ἔργον δι' ἀνάγκην καὶ τὸν ὑπηκόων φόβον, ἐπείσθη μὲν [m] τούτῳ τότε τοῖς λόγοις ὁ βασιλεύς. μετὰ ταῦτα δὲ, τὴν γὰρ ὁπλησίαν οὐκ ἐξεβεβλήκει παντάπασιν, Ἰουδαῖός τις ἕτερος ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἀφικόμενος, Ἐλεάζαρος ὄνομα, πάνυ περὶ τὰ πάτρια δοκῶν ἀκριβὴς εἰ), παρετήρησε πράξαι τοῦτο. ἐπεὶ γὰρ εἰσῆλθεν ἀσπασόμενος αὐτὸν, καὶ κατέλαβε τὸν Μωϋσέως νόμον ἀναγινώσκοντα, "λανθάνεις, εἶπεν, ὦ "βασιλεῦ, τὰ μέγιστα τοὺς νόμους, καὶ δι' αὐτοῦ τὸν "Θεὸν

[a] Τούτοις deeſt *Bunb.* & *Voſſ.* [b] Eo modo *Bunb.* & *Gall.* ὑπερεχόντος in *reliquis*. [c] Ita *Voſſ.* συμβεβήκει in *cæteris*. [d] Nonnullis deeſt vocula καί. [e] Ita *Voſſ.* & *Bunb.* μεταπεσμῶσ in *cæteris*. [f] Τοὺς τε ἀδελφοὺς *Voſſ.* [g] Ita *Gen.* πεπυσμένος in *Edit. Baſ.* & *MSS.* πεπυσμένος ἦν πάνυ τοῖς Ἰουδαίων ἔθεσι *Vat.* & *Voſſ.* [h] Sic lego. σεβιτέμνοιτο in *Editis* & *MSS.* σεβιτέμνετο τῷ σώματι habet *Voſſ.* [i] Πιστεύων *Voſſ.* [k] Συμπίπτοντα *Voſſ.* συμπεπτωκότα *Vat.* [l] Καταλιπὼν ἅπαντα in tribus *MSS.* [m] Τούτῳ deeſt *Voſſ.*

[a] Ita

" Θεὸν ἀδικῶν. ὑ γὰρ [a] ἀναγινώσκειν σὲ δεῖ [b] μόνον αὐτὰ,
" ἀλλὰ καὶ ποιῆσαι πρότερον τὰ προσταττόμενα πειθόμενον ὑπ' αὐ-
" τῶν. μέχρι τίνος ἀπειάτμητος μένεις; ἀλλ' εἰ [c] μή-
" πω τοῖς περὶ τούτου νόμοις ἐνέγνως, ἵν' εἰδῇς τίς ὄφις ἡ
" ἀσέβεια, νῦν ἀνάγνωθι." ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς,
ὐκ ὑπερέβαλέτο τὴν πρᾶξιν, μεταστὰς δὲ εἰς ἕτερον οἴ-
κημα, καὶ τὸν ἰατρὸν εἰσκαλεσάμενος, ὃ προσετάχθη ἐτέλε-
σε καὶ μεταπεμψάμενος τὴν τε μητέρα, καὶ τὸν διδάσκαλον
Ανανίαν, ἐσήμανεν [e] αὐτὸν πεπραχέναι τοῦργον. τοὺς δὲ
ἔκπληξις εὐθὺς ἔλαβε καὶ φόβος ὑπὲρ μέτρου, μὴ, τῆς
πράξεως εἰς ἔλεγχον ἐλθούσης, κινδυνεύσειε μὲν ὁ βασιλεὺς
τὴν ἀρχὴν ἀποβαλεῖν, ὐκ [f] ἀναχωμένων τὸν ὑπηκόων ἄρχειν
αὐτοῖς ἄνδρα, [g] τὸν παρ' ἑτέροις ζηλωτὴν ὄντ· κινδυνεύ-
σειαν δὲ καὶ αὐτοὶ, τὴν αἰτίας [h] ἐπ' αὐτοῖς ἐνεχθείσης. Θεὸς
δὲ ἐῶ ὁ κωλύσων ἄρα τοὺς ἐκείνων φόβους ἐλθεῖν [i] ὅπῃ ὅ
τέλος. πολλοῖς γὰρ αὐτῶν τε τὴν Κάτλου πρεσπεσοῦσα κιν-
δύνοις, καὶ παῖδας τοὺς ἐκείνου διέσωσεν, ἐξ ἀμηχάνων πόρον
εἰς σωτηρίαν προσαγαγὼν, ὅπως δ' ἐκείνοις ὅτι τοῖς εἰς αὐτὸν ἀπο-
βλέπουσι, καὶ μόνῳ πεπιστευκόσι, ὁ χαρπὸς ὐκ ἀπόλλυται ὁ
τῆς εὐσεβείας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἀπαγγελοῦμεν.

ε'. Ελένη δὲ, ἡ τοῦ βασιλέως μήτηρ, ὁρῶσα τὰ μὲν κατὰ
τὴν βασιλείαν εἰρηνεύομενα, τὸν δὲ υἱὸν αὐτῆς μακάριον,
καὶ πᾶσι ζηλωτὸν καὶ τοῖς [k] ἄλλοθι ἀφ' ὧν ὐκ Θεοῦ
προνοίαν, ἐπιθυμίαν ἔσχεν εἰς τὴν Ιεροσολυμιτῶν πόλιν ἀφι-
κομένη, τὸ πάσιν ἀνθρώποις θεοδότου ἱερὸν τοῦ Θεοῦ προσ-
κυνήσαι, καὶ χαριστηρίους θυσίας προσενεγκεῖν· ἐν ἔτοῖ τε τοῦ
παιδὸς ἐπιτρέψαι. τοῦ δὲ πάνυ προθύμως τῇ μητρὶ παρα-
κελεύσαντος καταπλεύσαι, καὶ πολλὴν προθυμίαν τὴν εἰς τὴν
ἀποστολὴν ἐπιμελουμένου, καὶ χρήματα [l] πλεῖστα δόντος,
καταβαίνει εἰς τὴν Ιεροσολυμιτῶν πόλιν, προπέμποντος ἐπι-
πολὺ τοῦ παιδός. ἧς δὲ αὐτῆς ἡ ἄφιξις πάνυ συμφέρουσα
τοῖς Ιεροσολυμίταις. [m] λιμοῦ γὰρ αὐτῶν τὴν πόλιν κατὰ τὸν
καιρὸν ἐκεῖνον πιέζοντος, καὶ πολλῶν ὑπ' ἀσθενείας ἀπαλλυ-
μένων φθειρομένων, ἡ [n] βασίλισσα Ελένη πέμπει τινὰς τῶν
ἑαυτῆς, τοὺς μὲν εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν, [o] πολυτελῆ σῖτον ἀπο-
σομένους χρημάτων, τοὺς δὲ εἰς Κύπρον ἰκανὰν φόρτον σύκων
τοὺς. οἱ δὲ πάλιν ἦλθον ταχέως κομίζοντες, τοῖς ἀπορου-
μένοις διένειμε τροφὴν, καὶ μεγίστην αὐτῆς μνήμην τὴν εὐ-
ποιΐας ταύτης εἰς τὸ πᾶν ἡμῶν ἔθνος καταλέλοιπε. πυ-
θόμενος δὲ καὶ ὁ παῖς αὐτῆς Ιζάτης τὰ περὶ τὴν λιμὸν,
ἔπεμψε πολλὰ χρήματα τοῖς προύχουσι τῶν [p] Ιεροσολυμι-
τῶν. ἀλλὰ γὰρ ἃ [q] τούτοις τοῖς βασιλεῦσιν εἰς τὴν πόλιν
ἡμῶν ἠγαθὰ [r] πεποίηται, μετὰ ταῦτα [s] δηλώσομεν.

" Deo *ipſi* facias. nec enim ſatis eſt eam le-
" gere, ſed in primis te facere oportet quæ ab
" illa præcepta ſunt. quouſque tandem incir-
" cumciſus manebis? Si nondum legiſti le-
" gem quæ circumciſionem injungit, nunc cer-
" te lege ut ſcias qua in impietate verſaris."
Cum iſta audiſſet rex, non amplius rem diſtu- *Izates circumci-ditur.*
lit; ſed in aliud ſe recipiens cubiculum, me-
dico accito, quod mandatum erat exſequeba-
tur: deinde accerſita matre & præceptore Ana-
nia, eis ſignificavit actum eſſe quod voluit. Illos
autem continuo ſtupor ac metus non media-
cris corripuit, ne, ſi rei indicium in vulgus ema-
naret, regni amittendi in periculo eſſet, non la-
turis ſubditis ut in eos vir regnaret, morum *quis*
inter alios *obtinent* ſtudioſus: & ne ipſi etiam
diſcrimen adirent, quaſi illorum culpa factum
eſſet. Sed Deus obſtitit quo minus eveniret quod
illi metuerant. nam & ipſum Izaten in multis
verſatum periculis, ejuſque liberos incolumes
ſervavit, ex dubiis & deſperatis viam *eis* expe-
diens ad ſalutem, oſtendenſque quod Deum
aſpectantes eique uni fidentes pietatis fructu
non defraudantur. Sed de *iſtis* quidem poſt-
ea narrabimus.

6. Helena autem regis mater, cum videret *Helena Hieroſo-lyma proficiſci-tur.*
omnia in regno pacata eſſe & tranquilla, fi-
liumque ſuum beatum, & apud univerſos etiam
exteros in admiratione ex Dei providentia, in
Hieroſolymitarum urbem proficiſcendi deſide-
rio tenebatur, ut templum Dei omnium ho-
minum ſermone celebratum adoraret, & vi-
ctimas pro gratiarum actione offerret: filium-
que orabat ut *eò iret* permitteret. Cum autem
ille libenter admodum matri ſupplicanti an-
nuiſſet, & magnos apparatus ad eam profectio-
nem feciſſet, multaque pecunia eam inſtru-
xiſſet, deſcendit ad Hieroſolymitarum urbem,
filio longe eam deducente. Ejus autem ad- *Et, fame Hieroſolymis graſſante, egenis cibos diſtribuit.*
ventu nihil opportunius potuit accidere Hie-
roſolymitis. nam fame ipſorum urbem per id
tempus premente, multiſque alimentorum in-
opia pereuntibus, Helena regina è ſuis alios
quidem miſit Alexandriam, qui vim magnam
tritici coëmerent, alios vero in Cyprum qui
caricarum ſarcinas advehi curarent. Ubi vero
reverſi ſunt, celeriter illis apportatis, cibos
egenis diſtribuit: atque ex hac beneficentia
maximam ſui memoriam apud gentem no-
ſtram univerſam reliquit. Quin & filius ejus *Izates etiam pecuniam mittit.*
Izates, fame iſta audita, principibus Hieroſo-
lymitanis multum pecuniæ miſit. Sed enim
horum regum beneficia, quibus civitatem no-
ſtram affecerunt, poſtea declarabimus.

a Ita *Buſb. Voſſ.* & *Zonaras*. γινώσκειν in *cæteris*. *b* Λέγεις μόνον, ἀλλὰ *Buſb.* *c* Ita *Voſſ.* & *Epiphan.*: μὴ δὲ in *cæteris*. *d* Εὐσέβεια *Buſb.* quo modo legerit *Epiphanius*, incertum: utpote qui vertit, *ſed ſi nondum eas hoc legiſti legem: ne ſciam, quamobrem hoc geratur, vel nunc lege*. *e* Αὐτοῖς *Buſb.* *f* Ἀναχωμένων *Buſb.* *g* Τὸν παρ' ἑτ. *Buſb.* *h* Ἐπ' αὐτοῖς ἢ πεπραγότων ἐπιχθόνιος *Voſſ.* *i* Ἐπὶ τέλος *Buſb.* *k* Ἀλλοίθιον *Voſſ.* ἄλλοις ἰθνικοῖς *Gall.* *l* In ora *Cod. Voſſ.* ἐν. τὰ πλεῖστα. *m* Hæc eſt fames quam prædixit Agabus, *Act.* XI. quæ accidit, Claudio conſule IV. deſignato, & non altera illa Claudio II. & L. Vitellio Cæſare coſſ. *Sulpic.* ad *Euſeb.* p. 174. Paulo infra *Joſephus* (ſc. p. 886. v. 32.) poſtquam dixerat Cuſpio Fado procuratori ſucceſſiſſe Tiberium Alexandrum, ſtatim ſubjungit, ἐπὶ τούτοις γὰρ τοῖς μέγαν λιμὸν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν συνέβη γενέσθαι, i. e. *horum procuratorum temporibus* &c. Ex quibus conſtat famem illam pluribus annis duraſſe, quippe quæ ſub duobus illis procuratoribus ſævierit. Miſſus autem eſt in Judæam Fadus poſt obitum Agrippæ regis, i. e. anno quarto Claudii exeunte. Ita fames illa ab Agabo prædicta anno V. & VI. Claudii contigit. *Valeſ.* ad *Euſeb.* l. 2. c. 12. *n* Βασιλὶς *Voſſ.* *o* Πολλῶν *Buſb.* & *Zonar.* *p* Τῶν Ἰερουσολυμιτῶν ἐπὶ τοῖς κοινοῖς διατεθέντα πολλὰ τῶν δὲ ἐν τῷ λιμῷ σωθέντων ἐπιλειπόντων. ἀλλὰ &c. *Gall.* *q* Illud τούτοις è *Cod. Buſb.* & *Voſſ.* idemque in ſuo codice habuiſſe videtur *Epiphan.* *r* Πεπραγμένα, ἢ ἐστι τούτοις ὅσα τούτοις πρὸς συνεπέλαβον, μετὰ ταῦτα δ. *Gall.* *s* Ubi memoravit? nihil tale, niſi obiter memoratum occurrit. Donorum Heleneæ & Monobazi mentio facta eſt in *Cod. Jonæ*, edito cura Cl. *Sheringhami*, p. 66.

CAP. III.

Quomodo Artabanus rex Parthorum, insidias illorum veritus, ad Izaten se recipit; iterumque in regnum illius ope restituitur: & quomodo Bardanes ejus filius bellum indixit Izati.

Artabanus fugit ad Izaten.

